TRIPLEX HÆRESIS
IN
MORALIBUS,

Mater Peccati Philosophici cum duobus aliis ejus catulis Philosophismo gemellis,

—Denuntiata
SUMMO ROMANO PONTIFICI,
EPISCOPIS,
PRINCIPIBUS
ET
MAGISTRATIBUS.

COLONIÆ,
Apud Nicolaum Schouten. MDCXCII.

TRIPLEX HÆRESIS
IN
MORALIBUS,

Mater Peccati Philosophici cum duobus aliis ejus catulis Philosophismo gemellis,

Denuntiata
SUMMO ROMANO PONTIFICI,
EPISCOPIS,
PRINCIPIBUS
ET
MAGISTRATIBUS.

ARTICULUS I.

Triplex hæresis cum connexis erroribus exhibetur, denuntiaturque.

§. I.

Nemini dubium esse potest fructus uberrimos in Ecclesiam universam profluxisse ex Denuntiationibus nuperis duplicis erroris de Peccato Philosophico, & de Amore Dei nullo vitæ tempore obligante. Denuntiationes secuta est errorum damnatio, damnationem publicus applausus, & veritatis triumphus;

Liberata eſt Eccleſia ab errorum nefandorum opprobrio, fideles ab ingenti ſalutis diſcrimine, Moralis Chriſtiana a fædâ labe. Itaque tam felici excitatus exemplo triplicem hæreſim denuntio Poteſtati eccleſiaſticæ ac civili, ordinatis a Deo pro tuendâ morum integritate contra luxuriantium ingeniorum inſolentiam.

Prima hæreſis, quæ præfati erroris de Peccato Philoſophico non obſcura mater eſt, continetur ſequentibus verbis Patris Ægidij Eſtrix, Jeſuitarum Flandro Belgarum Exprovincialis, ***Nullum eſt peccatum formale, niſi conſcientia hic & nunc judicet de malitiâ. Quid hic mali? Quid hic non commune Scholis omnibus Theologicis, excipe Janſenianam aut Scriptores quoſdam recentiores?*** Hæreſim hanc proponit Theſi de 23. Julij 1668. Confirmatque Apologia pro Jeſuitis Belgis f. 46. addendo *Quid hic mali &c.*

Ad eandem hæreſim ſpectat, ***Nemo plus peccat, quam quatenus ſcit & novit malitiam peccati.*** Præclaram illam regulam Jeſuitarum Catechiſmus pro primâ communione, multoties typis excuſus, Lectione 4.ta tradit rudioribus & Chriſtianæ iuventuti circa examen & Confeſſionem

Niemand zondigt meer, dan zoo veel als hy weet en kent het quaed van de zonde.

onem peccatorum commissorum in ignorantiâ. Notandum vero est quod per ipsas Hollandiæ Ecclesias, in Acatholicorum medio, Catechismo illo flandrico utantur Jesuitæ.

Secundam hæresim lego in Epistolâ 3â. Jesuitarum ex iis quas de Peccato Philosophico Gallicè evulgarunt. *Potesne*, inquiunt, *persuadere tibi, fieri posse ut Deus tam bonus, tam justus quemquam totâ æternitate puniat quia fecit quod ex conscientiâ credidit se debere facere? An isti par ulla foret tyrannis? Et si Religio Christiana talem nobis præbeat Dei Idæam, an hæc non magis Deo injuriosa foret, quam Idololatria ipsa?*

Je vous demande, Monsieur, pouvez vous vous persuader, qu'un Dieu si juste, & si bon le punisse pendant toute l'eternité pour avoir fait ce qu'il croyoit en conscience devoir faire? Y auroit il une tyrannie pareille a celle la? Et si la Religion Chretienne nous donnoit une telle idée de Dieu, ne luy seroit elle pas plus injurieuse que l'Idolatrie même? *Sentiment des Jesuites touchant le Peché Philosoph.*

Eandem hæresim Catechismo suo majori inseruit Pater Cornelius Hasart, Jesuita Antwerpiensis, Tomo 2. fol. 495. dum ait: * *Non possumus Deum offendere graviter, quando sincerè & prorsus putamus non magnum malum esse quod facimus.*

Tertiam hæresim reperimus in eodem Catechismo Hasartiano Tom. 2. fol. 108. Verba

* Men kan Godt niet grotelijks vergrammen, als men sinceerlijk en opregtelijk meind, dat het geen groot quaed is het geene datmen doet.

Het blasphemeeren en vervolgen van de Heilige Kerk was in zijn zelven doodzonde, maar in Paulus maer dagelijksche, om dat hy het uit onwetenheid deede.

Verba eius hæc sunt: *Blasphemia & sancta Ecclesiæ persecutio in se quidem erat peccatum mortale, sed in Paulo tantum veniale quia ex ignorantiâ faciebat.*

Ecce Matrem Peccati Philosophici, & catulos eius duos, Philosophismo gemellos, & matri non dissimiles.

§. II.

Cæterum ne putentur hæc Authoribus excidisse, neque eorum principiis conformia esse, libet subiicere plures eiusdem materiæ, & triplicis hæresis affines errores.

„ I. Probabilius existimo, ad ignoran„tiam, inadvertentiam seu oblivionem „sive juris sive facti censenda invincibilia „sufficere, ut nulla notitia nec specialis „nec confusa, nec aliqua dubitandi ratio „in universum aut peculiariter occurrat, scribit Thomas Zanches in Decalogum Lib. 1. C. 16. Zanches inquam ille quem Jesuitarum Provincia Flandro belgica in Imagine primi sæculi L. 5. C. 7. *defæcatissimæ purissimæque sapientiæ virum* appellat.

On appelle justement une ignorance invincible quand on

„ 2. Jure appellatur ignorantia invincibilis, dum deest advertentia actualis.. „ Nunc patet eos, qui partes Denuntiato„ris tuentur, quique totam advertentiam

„ ma-

„ malitiæ tollentes dicunt nihilominus „ eam inquiri posse, sic agere, ac eum qui „ dum cuipiam eruisset oculos diceret, „ Videre eum posse. Defensio Jesuitarum cui titulus, *le Denontiateur du Peché Philosophique convaincu &c.* §. 18.

„ 3. Fatemur cum S. Thomâ ignoran-„ tiam sæpe esse voluntariam, ideoque e-„ tiam imputabilem, sed eam non aliter „ voluntariam esse admittimus quam si an-„ tecedenter aliqua de illius vitatione obli-„ gatio menti occurrerit, per cuius obli-„ gationis contemptum vel neglectum ig-„ norantia culpabiliter incurritur. Teril-„ lus P. 2. Q. 65.

„ 4. Non committitur peccatum, sal-„ tem propriè dictum & imputabile ad „ culpam, sine libero voluntatis consensu. „ Antequam vero voluntas consentiat vel „ in legem peccati vel in legem Dei, hæc „ geruntur in animâ: Hinc infunditur illi „ dilectionis aliquid a Deo per quod incli-„ natur in rem quæ præcipitur: hinc solli-„ citatur in contrarium per rebellem con-„ cupiscentiæ motum. Inspiratur ipsi à „ Deo notitia infirmitatis, notitia medici, „ desiderium sanitatis, affectus imploran-„ di auxilii. Si animus propter superbiam „ negligat orare, & ad medicum confugere,

manque d'advertence actuelle... Il paroit maintenant que ceux du parti du Denonciateur qui en ostant toute advertence du mal disent, qu'on peut neanmoins faire recherche, agissent comme celuy qui ayant poché les yeux a quelqu'un diroit, qu'il peut voir.

,, deseretur & in peccatum ruet transgre-
,,diendo præceptum. Hæc omnia nisi in a-
,,nimâ peragantur, actio non est verè pecca-
,,tum, saltem imputabile ad culpam. *Moij-nius. apud Ludovicum Montaltium Epist:* 4.

,, 5. Si peccatoribus consummatis & ,, perfectis, cum Deum blasphemant & se ,, in luxurias suas præcipitant, desit mentis ,, illustratio & conscientiæ remorsus, si ,, nullam habeant malitiæ cognitionem, ,, cum omnibus Theologis assero quod ,, non peccent per actiones istas quæ bru-,, torum operationibus sunt similiores ,, quam hominum: Nam sine libertate non ,, potest peccari, ut autem evitandi pecca-,, tum libertas adsit, requiritur ut in obje-,, cto bonitatem & malitiam cognoscas. ,, Dico etiam, quod in casu supradicto gra-,, tiis sufficientibus peccatorem præveniri ,, Theologi non admittant. *Jesuita Pirot in Apologia Casuistarum. Pag.* 38.

,, * 6. Nulla actio vel omissio a Deo pænâ

Si les pecheurs parfaits & achevez n'ont ny lumiere ny remords, lors qu'ils blasphement & qu'ils se plongent dans leurs debauches; s'ils n'ont aucune connoissance du mal, je soutiens avec tous les Theologiens quils ne pechent point par ces actions, qui tiennent plus de la béte que de l'homme; parce que sans liberté il ny a point de peché, & pour avoir la liberté d'eviter le peché, il faut connoitre du bien & du mal dans l'obiet qui nous est proposé. Je dis aussi qu'en cette rencontre les Theologiens ne connoissent point des graces suffisantes.

* Nulle action, où omission ne sera chastiée de Dieu, qui n'aura point eté precedée de connoissance qui conduise la volonté a executer ce qui aura eté commandé; ou a s'abstenir de ce qui aura eté deffendu.

„ punietur, quam non præcesserit notitia, „ voluntatem ducens ad exequendum „ præceptum, aut ad cavendum vetitum, Author idem Pag. 24.

„ Ut lex positiva obliget, requiritur „ ejus ex authoritate Principis promulga- „ tio & propositio. Hæc eadem ratio pro- „ bat legem naturæ non obligare nisi qua- „ tenus cognitio eam promulgat & propo- „ nit. Idem Pag. 25.

Afin que la loy positive oblige, il faut qu'elle soit publiée, & declarée de la part du Prince. Cette mesme raison prouve que la loy naturelle n'oblige, si non entant que la connoissance la publie, & la declare.

„ 7. Fieri potest ut verè peccet & Theo- „ logicè qui actu non advertit se peccare, „ si actu advertere dicat cognitionem „ præsentem, reflexam, claram, minimè „ fluctuantem: aliud enim est si etiam „ complectatur præteritam, directam, ob- „ scuram, dubiamque. *P. de Reux Thesi* 18. *Augusti* 1689.

„ 8. Liberè operans qui nullam de ope- „ ris malitiâ suspicionem habet non peccat „ peccato per se imputabili ponendo illud. *Terillus* Q. 63. Idque extendit etiam ad casum inadvertentiæ vincibilis, censens tale peccatum non habere reatum distinctum a reatu negligentiæ culpabilis, ex quâ est ignorantia aut inadvertentia vincibilis. Hinc autem sequitur hominem æqualiter peccare & æqualiter excusabilem esse sive ex eâdem ignorantiâ vinci-

 bili

bili occidat centum homines, sive unicum vel etiam neminem occidat.

„ 9. Conscientia circa illicitum intrepi„da excusat a peccato. „ *Jesuitæ in Collegio Aquensi Thesi Anni* 1686.

„ 10. Nomine autem ignorantiæ intelli„gitur non solum habitualis sed etiam „actualis inconsideratio seu oblivio, hæc „enim si invincibilis sit, „ (scilicet juxta „descriptionem supra datam) quamvis „perfectissima scientia habitualis adsit, „excusabit similiter a culpâ. *Thomas Zanches in Decal.* L. 1. C. 16.

„ 11. Nec sufficit ad mortale quævis „consideratio & deliberatio malitiæ ob„jecti, sed debet esse plena. Ibid.

„ 12. Quænam rationis advertentia re„quiritur ad peccandum? Respondeo ad „peccandum mortaliter requiri cognitio„nem plenam & perfectam malitiæ pecca„ti ut mortalis. „ *P. Andry Rector Collegii Remensis in Dictatis Anni* 1677.

Wat de lasteringen aangaet met dewelke misschien zommige van de voorgezei-

„ 13. Quod convitia attinet quibus for„te aliqui ex præfatis rudibus innocenti„bus, (sermo est de quibusdam pupillis, qui cum ad curam Delphensium Jesuitarum pertinerent, a Patribus illis deserti, ac Orphanotrophio publico traditi, & in eodem secundum Calvini Se-

ctam

ctam erant educandi) „ cæco zelo fidem „Catholicam aliquando violabunt, peto, „an fieri non possit ut per hoc arbitrentur „ se obsequium præstare Deo? Tunc eos „ propter hoc ex animo existimatum Dei „ obsequium peccati mortalis argues? *Jesuitarum Apologista sub nomine Erasmi van Vreede in causâ pupillarum desertarum Responso 1mo. Pag* 11.

de onnozele onwetende door een dommen yver het Catholijcke geloof mogten schenden, ik vraag u of het niet geschieden kan dat zy wanen hier meede een dienst te doen aen God? Ofgy ze om dezen ter goeder trouwe gewaerden Godsdienst bekeurd van doodzonde?

„ 14. Quod aiunt teneri infideles sub „ mortali audire Christianos, volentes pa„cificè cum illis de verâ religione tractare, „ intelligo tunc esse verum tantum, quan„ do exemplo studiosæ vitæ, aut signis, ra„ tionibusque constituuntur dubii de re„ ligionis falsitate quam profitentur: dum „ enim nihil vident quod saltem eos titu„ bare faciat in suâ Sectâ, laborant igno„ rantiâ invincibili, & sic a culpâ veræ fi„ dei non audiendæ excusantur. „ *Zanches Lib. 2. C. 1. in Decal.*

„ 15. Non datur ignorantia invincibilis „circa prima juris naturæ principia per se „ nota, nec circa illa Decalogi præcepta „ quæ ex hujusmodi principiis nullo ne„gotio a quovis homine deduci possunt: „ut esse Deum colendum, honorandos pa„ rentes. De reliquis autem Decalogi præ„ ceptis ait Azor & Sayro, ad brevissimum

folum

„ solum tempus posse ignorantiam invin-
„ cibilem accidere. At Valentia ait, pos-
„ se ad longum tempus. Sed placet quod
„ docent Corduba & Vasques, nimirùm
„ quando nullâ circumstantiâ vestiuntur
„ quæ a culpâ excusare videatur, possunt
„ diu ignorari, non tamen toto vitæ curri-
„ culo: quippe sunt ita naturæ consenta-
„ nea, ut non possit non semel vel iterum
„ animum pulsare fæditas & turpitudo
„ peccati. At aliquâ circumstantiâ appa-
„ renter excusanti vestita possunt toto vi-
„ tæ curriculo invincibiliter ignorari. Ut
„ furtum licere ad erogandam eleemosi-
„ nam, vel periurium ad propriam vel alie-
„ nam vitam tuendam, quod latius probat
„ Vasques, & refert, se vidisse rusticum ex-
„ istimantem pium esse morti proximum
„ in alteram partem versare ut citius mo-
„ reretur ne diu pateretur, ac se judicasse
„ eum laborare ignorantiâ invincibili....
„ Cui ego addo, reperiri multos invincibi-
„ liter ignorantes esse peccatum, periurium
„ ob vitam aut honorem propria vel alie-
„ na tuenda, & similiter pollutionem esse
„ peccatum, quod maximè in pueri
„ contingit. *Idem Zanches in Decal. L.* 1.
„ *C.* 16.

16. Nec a me est prætereunda præclara

pro

pro praxi regula, quam præfatis immediatè subjungit. „ Quo, ait, confessor „ judicet an hæc ignorantia sit invincibilis „ & a culpâ excusans, juvari debet hâc re„ gulâ, nimirum ut discutiat an in illo„ rum mentem dubium aliquod, aut sal„ tem scrupulus de harum rerum malitiâ „ venerit. Si enim nil horum venerit, re„ putabitur ignorantia invincibilis.

„ 17. Cap. vero XI. Libri ejusdem scri„ bit: Actus ille, quo conscientiæ invin„ cibiliter erranti „ (sicut jam invincibi„ lem descripsit) ac dictanti aliquid bo„ num esse quod verè peccatum est, volun„ tas se conformat est bonus, ejusdemque „ virtutis cujus esset si revera objectum „ illud a parte rei tale esset. Ut si ex hâc „ conscientiâ quis judicet se ad mentien„ dum teneri ut proximo subveniat, men„ tiri tunc erit actus bonus virtutis mise„ ricordiæ --- quia objectum ut est in re „ ipsâ non tribuit actui speciem, sed ut hic „ & nunc proponitur. At hic & nunc pro„ ponitur ut honestum; atque ignorantia „ est invincibilis; Ergo reddit actum ho„ nestum.

18. Ne autem ad orationis studium & cordis expurgationem se mundus credat arctius obstringi pro legis divinæ cognitione

tione acquirendâ, socordiæ ejus subvenit Zanches, & cum eo Filliucius, & Vasques.

,, Tertio deducitur interdum aliquod ,, maius studium quam humanum desi- ,, derari ut ignorantia sit invincibilis, ,, nimirum orationes & pœnitentias, ac ,, peccatorum expiationem, petendo a Deo ,, illustrationem, quod maximè in fidei ,, materiâ contingit, ut si quis in fidei ma- ,, teriâ hæsitans non haberet Catholico- ,, rum Doctorum copiam, sed tantum hæ- ,, reticos quos consuleret, nec per se posset ,, eâ se dubitatione liberare. --- Quâ in re ,, non amplius immoror, quia rarissimus ,, est casus eo quod ea media solum sunt ne- ,, cessaria quando humanis diligentiis ea ,, cognitio necessaria comparari nequit. *Hæc Zanches Lib. 1. C. 16.*

Raro aut nunquam casum illum occurrere tradit Filliucius his verbis: ,, Raro ,, aut nunquam tenetur homo se præparare ,, ad gratiam ut tollat ignorantiam, & fiat ,, invincibils. Tr. 21. C. 10. n. 372. Et Vasques, tanti apud suos nominis ut eum Aquilæ comparent, contra Adrianum asserit, Quod homo *postquam invenit Doctores, quibus credendum esse judicat consentaneum, non obligetur ex aliquo præcepto orare, aut se a peccatis purgare, ut*

sine errore doceatur: Et *quod, si casu aliquo accidat ut Doctor ille errorem doceat, ignoranti non imputabitur sed Doctori.* 1. 2. Quæst. 76. Art. 2. Disp. 120. C. 5.

19. Sequitur idololatriam posse ad aliquod saltem tempus per ignorantiam invincibilem in hominibus rudioribus excusari. Idem censet de immolatione hominis in honorem Dei Valentia Tom. 2. Disp. 6. Q. 6. Puncto. 1.

20. Et quamvis probabilem tantum sententiam sequaris, cuius tibi falsitas non minus probabilis est, eo non obstante ignorantia tua erit invincibilis secundum Vasquesium, 1. 2. Disp. 117. C. 1
„dicentem: Ignorantia probabilis licet po-
„tuerit vinci, non tamen debuit, eo quod
„probabili ratione sic judicatum fuit,
„ultra quod nullus debet inquirere: quæ
„etiam ut ait Corduba eâdem ratione dici
„potest invincibilis, quia licet potuerit su-
„perari aliquo modo (quisque enim po-
„test opinionem quam putat probabilem
„remittere) tamen ea diligentia quam de-
„bebat adhibere non potuit, eo ipso quod
„non debuit.

21. Quid etiam modo de Philosophismo post eius condemnationem Jesuitæ sentiant patet ex eorum Apologiâ variis locis,

locis, quam tamen Apologista fatetur post condemnationem sibi promulgatam edi. Pag. 29. de Authore Thesis Divionensis dicitur, „Latus apertum Societatis „hostibus præbuit incautus Author, & „opportunitatem dedit sodalibus suis im„pingendi criminis, cujus ne ipse quidem „reus erat; sed videbatur.

In præfatione autem operis: „Non ig„norant tempestatum hujusmodi Autho„res adversus umbram sese digladiari, aut „si quid est umbrâ vanius.

„Pag. 15. Cæterum an peccatum purè „Philosophicum possibile sit; ego existi„mo possibile non esse, Deus novit.

„Et Pag. 30. Statuamus jam adjectas „fuisse thesi nonnullas particulas, & in „hunc modum fingamus esse expressam, „ *Philosophicum quantumvis grave in illo qui Deum vel ignorat invictè, vel de Deo actu non cogitat, ne quidem tenui & remisso, est grave peccatum, sed non est offensa Dei. &c.* „Quis quæso erit locus „immanibus consectariis? Nullus. „Quid quæso erit Philosophismus, si hoc non sit?

22. Et circa sceleratorum negligentiam, ex qua eorum ignorantiæ initium ducunt, notandum; quod supradicta

prin-

principia etiam illam negligentiam a peccato absolvant, si malitia ejus, atque ejusdem vitandæ obligatio menti antecedenter non occurrerit. Vide Terillum citatum n. 3.

23. Quandoque homines perversi, & inter pravos pravè educati, in adolescentiæ æstibus non advertunt se obligari sub peccato ut diligenter instructionibus intersint. Multo autem frequentius planè ignorant se ad hoc teneri sub peccato mortali. Hoc autem quibusdam Magistris sufficit ut inquisitionis negligentiam, ac crimina ex eâ subsequuta, a mortali reatu defendant. Tamburinus Methodo Confessionis Lib. 2. Cap. 1. §. 5. in usum Confessariorum ac Pœnitentium exaravit sequentia. „ Quæritur an quando quis aliquid facit contra conscientiam, dictantem aliquid esse peccatum confusè, non determinando an sit mortale an veniale, peccet mortaliter an venialiter. Aliqui probabiliter docent tunc solum peccari venialiter, quia tunc solum peccatur secundum communem malitiæ rationem peccato veniali & mortali, quæ cum abstrahat ab utroque, imperfecta erit in genere moris, & consequenter non mortalis, ideo non erit

„ obligatio id confitendi. Scio aliquos „ tenere, tunc peccari mortaliter, quia „ cum sine alio examine tunc peccet, „ exponit se periculo peccandi mortali- „ ter. Sed licet hoc sit probabiliter dictum, „ tamen responderi posset, eum pecca- „ turum quidem mortaliter, si tamen tale „ periculum adverteret, vel adverteret se „ posse, ac sub pænâ mortalis peccati se „ debere melius examen adhibere. Ve- „ rum ita non essemus in casu, in quo „ solum quærimus id quod in praxi com- „ muniter solet contingere, quando scili- „ cet conscientiæ operantis non offertur „ nisi ratio illa communis peccati, sine „ accessu alterius obligationis.

24. Huiusmodi fundamentis nixus Joannes Alloza pronuntiat, quod *Ignorantia & simplicitas rudium ut plurimum eos excuset a peccato.* Ad Verbum *Ignorantia* Pag. 354. in Floribus summarum.

25. Quando autem hominum in inquisitione sciendorum negligentia, & ignorantia non sunt sine notitiâ malitiæ., & coniuncta sunt cum peccato veniali, oraculum subsequens effatur Tamburinus: „ Si ignorantia sit culpabilis tantum „ venialiter, tunc cum non adsit nisi cul- „ pa ignorantiæ, quam supponimus esse

ve-

venialem, non nisi venialiter inficiet actionem. Explicatione Decalogi Lib. 1. C. 1. §. 3. n. 35.

Ex his patere arbitror, tum quam altè triplex denuntiata hæresis fundata sit in Jesuitarum principiis, tum in quantam stragem animarum vergat, tum quam magnâ cum injuriâ Sedis Apostolicæ glorientur in Imagine Primi sæculi Lib. 5. C. 5. suam *Societatem minimam Sanctiori Pontifici in pectore obligatam hærentemque* esse velut Rationale judicii, ex quo Ecclesiæ Capiti luceat *Doctrina & Veritas.* Hæc de Hispani Belgii Archiepiscopo moderno verius jactent, quod de Romano Pontifice jactare tam impium, quam falsum est.

§. III.

Triplicem itaque hæresim, Matrem Philosophismi cum duobus aliis eius catulis Philosophismo gemellis cum pluribus appendentibus erroribus palam denuntio, non partium aut malevolentiæ studio, sed ut planè confido veritatis & salutis proximi. Enim vero cum Deum qui veritas est plus quam nos ipsos diligere oporteat, quis jure succenseat, errorum errantiumque, dum aliter corrigi renuunt,

publicâ denuntiatione defendi veritatis gloriam, cum etiam diligendi proximi regula sit, ut quæ nobis fieri volumus faciamus aliis? Quis ægrè ferat a me sibi præstari, quod mihi a quovis præstitum cupio? Non agitur de re momenti levioris, puta num Antichristus sit habiturus Angelum custodem, quod tamen ipsum in dubium revocare hodie non est tutum; at agitur de articulis gravissimis Moralis Theologiæ, per quos in orbis perniciem & in ruinam multorum frequentia omnis generis scelera a reatu absolvuntur. Ne autem ansa sit querelæ, desumpta est triplex hæresis non ex scriptis aut locis obscuris, verum ex Apologiâ pro Patribus Jesuitis Belgis, ex Epistolâ tertiâ sive *Sentiment des Jesuites touchant le peché Philosophique*, quin imo ex ipsis Jesuitarum Catechismis, Flandrico idiomate impressis, & per ipsas Provincias fœderatas tanquam in usum Catholicorum sub magnifico titulo propositis.

Quocumque modo Denuntiationem meam accipiant Jesuitæ, certus ego sum non me posse propter eandem juxta prædicta eorum principia ullius peccati, aut saltem non majoris quam venialis argui.

Si

Si enim nemo plus peccat quam quatenus ſcit & novit malitiam, peccati, ſi nemo peccat mortaliter bonâ fide perſequendo bonam fidem Catholicam, ſi nec Paulus ſic peccavit perſequendo Chriſtum & Evangelium; quâ æquitate mihi crimini vertant quod præfatos errores accuſem, qui palam & candidè profiteor me hactenus nullum vidiſſe pro iis miraculum fieri ſicuti viderat Paulus pro Evangelio, & qui plus quam morali certitudine ſine ullo mali ſcrupulo aut advertentiâ perſuaſum habeo me hac Denuntiatione obſequium præſtare Deo, & Eccleſiæ, nec tantum rudioribus Eccleſiæ membris, ſed & ipſis Jeſuitis?

ARTICULUS II.

Exponuntur tres rationes hujus denuntiationis. Ima. Solemnis proteſtatio & promiſſio Jeſuitarum de damnando Philoſophiſmo ſincerè in cunctis ſuis principiis, quod hactenus non fecerunt. 2da. Quia per errores denuntiatos graviſſima quæque crimina malè excuſant. 3tia. Quia nunc illos etiam Catechiſmis ſuis inſerunt, pro Eccleſiæ doctrinâ venditant, & mandant executioni.

§. I.

Prima denuntiandi ratio est Jesuitarum fides, quam solemniter obstrinxerunt, nec liberarunt hactenus. Etenim coram universâ Ecclesiâ protestati sunt damnare se detestarique Philosophismum tanquam hæresim & impietatem execrandam in quibuscumque suis principiis & consequentiis: Insuper sincerè ejus damnationi se subscripturos. Scilicet Philosophismum ne damnaretur damnabant; cum vero damnatus est, eum in se non satis, & in suis principiis nequaquam damnant. Id ostensum eo, sed prius audire lubet Jesuitarum protestationem.

„Jesuitæ (sic enim loquuntur tanquam pro omnibus) „ coram universâ Ec„clesiâ protestantur, adeo se non velle „sustinere nedum excusare doctrinam ta„lem (nimirum Philosophismum) ut eam „condemnent ac detestentur prorsus sin„cerè tamquam hæresim & impietatem „execrandam in quibuscumque suis prin„cipiis & consequentiis.... Si vis con„vinci de improbationis nostræ sinceri„tate, urge condemnationem novæ hære„sis, quam denuntiasti Summo Pontifici &

„ & Episcopis, Principibus ac Magistra-„ tibus. Excita omnes universi regni Præ-„ sules ad petendum vel per se ipsos facien-„ dum ejus censuram. Videbis quæ fu-„ tura sit nostra submissio. Post hanc „ non faciemus sensuum distinctionem „ ad nostrum Ecclesiæ anathemati sub-„ ducendum, nedum protestationes co-„ ram Notario contrarias ei quod signa-„ verimus. Subscriptio nostra pura erit „ ac simplex, sine restrictione, sine æ-„ quivoco, sine vitiligatione verbali. „ Denique asseveramus fore ut processu „ nostro contentus sis, utque vel unâ vi-„ ce ex toto vitæ tempore laudes bonam „ Jesuitarum fidem. *Sentiment des Jesuites touchant le Peché Philosophique Lettre* 1.

Fucata verba profertis RR. PP. sinceritatem vestram parum orbi commendatura. Restringitis indubiè, nullus enim unquam Jesuita mentitur, vel mentiendi necessitate premitur. Nequidem hac vice bona fides Jesuitarum bona est, neque laudari potest.

Post promulgatam Philosophismi damnationem, post tam solemnem protestationem ac promissa, prodit Lovanii in lucem *Apologia pro Patribus Jesuitis Belgis*,

præsertim Professoribus S. Theologiæ Lovaniensibus, de hæresi postulatis in materiâ de peccato Philosophico, adversus Sycophantam gallum Janseniani veneni satorem, Authore Joanne Segers, PP. Societatis nuper auditore. Quid ni Auditore simul & Jesuitâ sine restrictione aut æquivoco? Præclari operis fronti ad augendum ejus pretium præfixa est censura Nicolai Du Bois; & ad operis caudam appenditur protestatio Autoris, quâ ante operis editionem, Romanâ Philosophismi condemnatione intellectâ, verbis speciosis fatetur se pariter Philosophismum damnare: sed verbis tantum, nequidquam enim veretur Apologiam suam in lucem protrudere, quæ non solum est pro Jesuitis Belgis, ut præfert titulus, sed nominatim pro Professoribus Divionensibus Philosophismi magistris, & generatim pro Jesuitis omnibus, quin judica ex sequentibus an non & pro ipso Philosophismo.

Apologia illa a Philosophismo absolvit omnes Jesuitas Belgas, & nominatim insignem illum Philosophistam Patrem de Reux, evidenter de Philosophismo convictum per Denuntiationem 2dam. Plus audens etiam ipsum damnatæ propo-

posi-

positionis Authorem Jesuitam Divionensem censet non fuisse reum. *Latus*, inquit, *apertum Societatis hostibus præbuit incautus Author, & opportunitatem dedit sodalibus suis impingendi criminis, cuius ne quidem ipse reus erat, sed videbatur.* Deinde pag. 30. *Statuamus iam adjectas fuisse thesi non nullas particulas, & in hunc modum fingamus esse expressam, Philosophicum quantumvis grave in illo qui Deum vel ignorat* INVICTE, *vel de Deo actu non cogitat,* NEQUIDEM TENUI ET REMISSO, *est grave peccatum, sed non est offensa Dei &c. Quis quæso erit locus inanibus consectariis? Nullus, ut mox ostendam postquam confecero criminatorem Gallum Manuscriptis Divionensibus instructum, & in Jesuitarum aliorumque libris versatum, & sic potuisse, & sic debuisse intelligere thesim.* Et tanquam nec hoc satis sit, insuper generatim Jesuitas omnes ab hac labe declarat immunes, cum tamen vel expressis terminis non unicus solum Jesuita asserat, Peccatum purè Philosophicum possibile esse, ut patet ex Denuntiatione 5ta. & cum nec ipse ignoret, secundum multos Societatis professores ignorantiam Dei invincibilem saltem ad aliquod tempus in homine rationis com-

Quid ni fieri possit, ut homo quispiam rationis compos, etiam baptizatus, exiguo saltem tempore sine suâ culpâ ignoret Deum existere? *Professor Gerardus Bolk Thesibus 10. Julii 1684.*

pote posse inveniri; quin ad exiguum tempus Dei ignorantiam posse esse invincibilem hominibus baptizatis, & communibus gratiæ auxiliis præventis. Theses Patris de Vos 30. Junii 1681. & Patris Hecquebaert 7. Julii 1682. inter Jesuitas ad minimum Belgas non sunt obscuræ. Ingens profectò bonæ fidei Jesuiticæ argumentum. Et quod amplius est, luem suam Apologia non erubescit affricare Scholis Thomisticæ, Franciscanæ, & Carmeliticæ, contendens nil circa Peccatum Philosophicum docuisse Jesuitas, nisi quod Scholis illis omnibus sit commune. Sed, o bone Apologista, frustrà laboras, fætus vester est tam similis suo Patri, ut nequeat patri non suo supponi. Quid quæris illi Patrem Thomistam, vel quemvis alium? Agnosce fætum vestrum licet peremptum, sed sine culpâ vestrâ. Nemo vobis jure imputabit mortem ejus, cui ne perimeretur verè paternum affectum, quod nemo ignorat, curamque impendistis.

Quid ni Deus a rationis compote invincibiliter aliquamdiu, ignorari possit? Quid ni & ab adulto in infantiâ baptizato? *Pater Hecquebaert loco citato.*

Fieri potest etiam spectatis ordinariis gratiæ auxiliis, ut homo aliquis rationis compos & baptizatus Deum tempore saltem exiguo invincibiliter ignoret. *Pater de Vos in Thesibus citatis.*

Cur

Cur verò, o bonæ fidei homines, cum Philosophismum spontaneâ ac præviâ condemnatione judicum sententiæ subducere studentes, eundem ut hæresim, & impietatem execrandam, & ut doctrinam abominabilem sitis detestati, nunc sermonem mutatis? Cur modo, postquam plaudente Ecclesiâ Philosophismus damnatus est, nos dicitis *adversus umbram digladiari, aut siquid est umbra vanius*? Non est umbra Philosophismus, quem in vobis, accusantibus nobis, Ecclesia damnavit. Non sunt peccata Philosophica secundum Scriptores vestros impossibilia. Si fieri possit ut Christianus Deum ignoret invincibiliter, etiam *spectatis ordinariis gratiæ auxiliis*, possunt ergo peccata merè Philosophica inveniri in Christianis. Si autem in Christianis, quanto magis in Paganis. Non est ergo umbra Philosophismus. Et numquid tu ipse, o præclare Apologista, ad quæstionem, *An peccatum purè Philosophicum possibile sit*? Pag. 15. Respondes hunc in modum, *Ego existimo possibile non esse: Deus novit, qui rationem intelligit quâ connexæ hærent in hominum animis Ideæ, aut si vis idearum semina. Nos interim utimur conjecturis*? Verba tua dubitantis sunt.

Apologia in Præfatione.

sunt. Et quamvis tu dubites, non dubitarunt Fratres vel Patres tui, qui hinc invincibilem Dei ignorantiam in quibusdam asseruerunt, inde vero docuerunt a nemine peccari nisi quatenus scit & intelligit malitiam peccati. Audi Rodericum de Ariaga, plurimis honorum titulis ornatum. In 1. 2. Tractatu de Actibus humanis Disp. 19. Sect. 10. sic loquitur: *Negari nequit posse saltem divinitus in aliquo homine esse ignorantiam Dei invincibilem. Et vero crediderim de facto sæpe id contingere.... Est valde probabile eam ignorantiam sæpe contingere. Et certe si ab aliquo nequam Parocho ita ab infantiâ rusticus instrueretur, procul dubio haberet talem invincibilem ignorantiam de Deo, & consequenter ignoraret mala moraliter esse contra Deum.* Sæpe igitur de facto credit contingere ut homo Deum ignorans invincibiliter, consequenter similiter ignoret mala moralia, quæ designat, esse contra Deum. Deinde de Peccatis Philosophicis quæstionem ulterius tractans ait: *Adverte, aliquid hic de nomine misceri, aliquid de re. De re, Utrum illa actio contra naturam rationalem, Deo invincibiliter ignorato, foret digna panâ æternâ, & odio Dei gravi, quali nunc Deus peccato-*

res

res odio habet... Circa punctum de ipsâ re conclusio sit, illud malum morale cum ignorantiâ Dei invincibili, sive vocetur peccatum sive non, non est condignum pœnâ æternâ, ut sæpe insinuavimus. Inter objectiones quas sibi obiicit hæc est: *Sequitur ex nostrâ sententiâ multa gravissima scelera liberari a ratione peccati mortalis propter inadvertentiam ad Dei offensam.* Profert unam responsionem P. de Lugo, quæ negat id sequi, & addit: *Si sequeretur id quod obiiciunt, potius illud optandum fore quàm timendum, quia per hoc vitaretur ea gravitas summa, quæ in offensâ Dei qua tali reperitur. Urgent,* inquit ulterius, *Inter barbaros multi sunt qui de Deo nullam habent notitiam, ergo saltem illi tunc non peccabunt. Respondeo, si sit invincibilis ea ignorantia, omnino excusandos. Dices, quo ergo tales ibunt post mortem? ... Dici potest eos gravi aliquâ pœnâ temporali torquendos, & deinde ad limbum cum pueris destinandos.* Vos itaque de Peccato purè Philosophico non disseritis tanquam de impossibili, nec nos persequimur umbram, sed verum ac periculosum Moralis Theologiæ errorem.

Principia vero quæ vos in Philosophismum duxerunt quomodo sincerè damnatis

natis; cum Apologia Pag. 46. dicat de Patre Ægidio Estrix; *Hic in thesi anni 1668. 23. Julii Lovanii propugnatâ ita statuit: Nullum est peccatum formale nisi conscientia hic & nunc judicet de malitiâ. Quid hic mali? Quid hic non commune cum scholis omnibus theologicis? Excipe Jansenianam, aut Scriptores quosdam recentiores?* Regulas quoque vestras, juxta quas *Ad formaliter peccandum requiritis actualem notitiam seu advertentiam malitiæ*, & traditis *quod nemo peccet plus, quam quatenus scit & novit malitiam peccati*, ausu horribili etiam Catechismis insertas, hactenus non retractatis. Hæc Pseudo principia Philosophismi debellator Gallus in suis Denuntiationibus in faciem vobis obiecit, ex his natam esse Philosophismi hæresim evicit, cum his eandem cohærere ostendit. Et vos nihilominus, qui execrandam Philosophismi hæresim in quibuscumque suis principiis vos detestari protestati estis, principia ista adhuc probatis ac laudatis.

Histoire de la suppression de Cum Inquisitionis tribunal sub Innocentio XI. propositiones 65. vobis obnitentibus damnasset, & Procurator Generalis in Galliâ Bullæ hujus suppressionem peteret, tanquam emanantis a

tribunali

tribunali quod Galliæ regnum non agnoſcit, & poſtulationi ſuæ inſeruiſſet hæc verba, *Quamvis hæ propoſitiones debitè juſtèque fuerint condemnatæ*, impetravit Pater de la Chaiſe apud Archipræſidem ut verba præfata delerentur. Quem ad modum celebris ille Pater damnationem 65. Articulorum, ita & vos Philoſophiſmi, cujus principia mordicus tenetis, damnationem vos probare ex animo demonſtratis. Qui poteritis poſt hac prædicare, vulgo admodum facilem eſſe hominis converſionem a gravibus peccatis theologicis, cum vos tam difficile convertamini a Philoſophico? ſi tamen pertinax adeo defenſio Philoſophiſmi & principiorum ejus a theologico peccato poſſit eſſe immunis.

la Bulle d'Innocent XI. qui condamne les 65. propoſitions de la Morale des Jeſuites.

§. II.

Secunda denuntiandi ratio eſt quod per illam infauſtam Philoſophiſmi matrem, Catuloſque ejus, non ſolum in gentilibus & atheis, ſed etiam in Chriſtianis a gravi vel omni culpâ excuſentur innumera crimina, puta Idololatria, homicidia, impudicitiæ, adulteria, Chriſti & fidelium fideique crudeles perſecutiones, hæreſis eo innocentior quo pertinacior &c. Com-

Compertum est sceleratorum multos quorundam scelerum suorum malitiam ignorare, & non advertere, & similiter eos ignorare quod peccent per inquisitionis negligentiam, & per amorem sæculi unde ignorantia eorum profluit. Quin rarum est, socordes illos homines advertere quod per præfatam negligentiam graviter in Deum delinquant. Et quis neget, quin hæc sæpe locum inveniant in iis qui ab ineunte ætate pravè sunt educati? Si *nullus peccet formaliter nisi conscientia hic & nunc judicet de malitiâ*, Si *nemo plus peccet quam quatenus scit & novit malitiam peccati*, Si *non possumus Deum offendere graviter, quando sincerè & prorsus putamus non magnum malum esse quod facimus*, Si *Blasphemia & Ecclesiæ persecutio in Paulo tantum fuerit veniale peccatum*; Si ejusmodi principia forent vera, quâ ratione nefanda opera in hominibus jam descriptis peccati, vel certè gravioris peccati poterunt argui?

Tam turpis autem excusatio horrendorum scelerum non minus quam Philosophismi hæresis Christianis auribus intolerabilis est, nec minus, ut Ecclesiæ honori consulatur, videtur eliminanda. Non ferunt aures Christianæ, quod crimina

mina atrocia quibusdam casibus possent esse Peccata tantum Philosophica, non vero theologica, Deum offendentia, & ad pænas æternas obligantia. Num offendit levius, quod quandoque Idolorum cultura, injusta homicidia, & abominandæ obscænitates ratione utentes homines nulli culpæ vel pænæ obstringant ? Hæc ego Ecclesiæ Præpositis relinquo expendenda.

Imo sequitur ex hæresi triplici quam denuntio, nulla propriè dari ignorantiæ peccata. Si enim nullus peccet formaliter nisi judicet se malè facere, vel certè nisi judicet malum esse quod scienda non studiosius inquirat; nullus peccat nisi qui peccare se judicat. At ignorans malitiam operis & negligentiæ peccare se non judicat. Ergo ignorans malitiam operis & negligentiæ non peccat. Nulla ergo erunt peccata ignorantiæ, & resuscitatur hæresis iterato in Pelagianis & Abaillardo damnata; propter quam Guilelmus Abbas Gaufrido & Bernardo scripsit : Dico vobis periculosè siletis, tam vobis quam Ecclesiæ Dei.

§. III.

Tertia quâ moveor ratio est, quod

 denun-

denuntiatas hæreses jam non intra scholæ parietes doceant Jesuitæ, sed etiam non vereantur eas rudioribus plebeiorum, & teneris parvulorum animis tanquam salutis & Ecclesiæ doctrinam instillare, & infarcire Catechismis multoties linguâ vernaculâ impressis. Catechismos, eorumque loca, ac verba supra allegavi, nimirum Hasardianum majorem, & alium pro Primâ communione, quo Jesuitæ Missionarii, Parochis se per omnia promiscuè æquiparantes, per Hollandiam utuntur. Et Hasardianum non vulgari loco esse apud Patres illos, eorumque sectatores, intelligere est tum ex Magnificâ operis inscriptione, tum ex eo quod eum non tantum privatim commendent, sed etin Ecclesiâ coram populo prælegere incipiant, quem admodum fide dignâ relatione didici.

Quanta inde fidei pernicies, odium, contemtus! quæ scandala hæreticis! tanta nempê ut similes ob causas nuper Sanctissimum Romanorum Pontificem per summam impietatem depinxerint infami illâ tabulâ, etiam Romæ notâ, tanquam diabolicas sordes suibus, quibus Catholicos comparabant, obtrudentem. Jesuitarum enim dominationem, & eam quâ adver-

adversariis prævalent potentiam considerantes, errores eorum Ecclesiæ & nominatim Ecclesiæ capiti malè adscribunt, & palam Catholicos invitant ut Ecclesiam tam detestandam, uti blasphemant, deserant.

Cum dicimus in Ecclesiæ defensionem, non deesse viros Catholicos qui laxiora impugnent, reponit inimicus Author Libri sui Pag. 56. „ Si quis putet, „ quod quorundam Pontificiorum adversus horrenda illa dogmata contradictio Ecclesiam Romanam justificet a peccatis & ab impietatibus præfatarum propositionum, attendat ille ab alterâ parte, quod Pontifex Romanus nunquam Jesuitarum sententias rejecerit, nec damnaverit, sed quod communiter Jesuitarum Societas sit Sedis Romanæ primarium sustentaculum, quodque Societas eadem in mundi hujus theatro adeo dominetur, & adeo omnis generis Pontificiorum cor-

Indien ymand meind, dat de oppositie die by eenige Pausgesinden tegen deze grouwelen is geschied, de Roomsche Kerk suivert van de zonden en godloosheden die in de voorverhaalde positien begrepen zyn, die denke aen de andere zijde, dat de Paus van Romen noyt deze leere der Jesuiten verworpen nogte veroordeeld heeft, maar dat in 't gemeyn de Jesuytsche Societeyt het voornaamste steunsel is van den Roomschen Stoel, ende dat dezelve Societeyt zoo meesterlijk op het tonneel van deze Wereld haere rolle weet te speelen, en haar zoo weet te insinueeren in de harten van allerley Rooms-gesinden, datze doorgaans by dezelven in groot credijt blijven, ende daar door een gereede occasie hebben om haar gevoelen by yder een smakelijk te maken. *Laetste Duyvels drek Pag. 56.*

C 2 da

„ da lucrari sciat, ut passim apud eosdem in magnâ sint autoritate, quâ sententias suas cuivis possunt reddere acceptas.

Ne disons pas que ces gens sont tolerez, mais qu'ils tolerent les autres.

Et Catholicis, Doctores hujusmodi in Ecclesiâ solum tolerari respondentibus, respondet Petrus Jurius Epistolâ 4tâ. earum quas pastorales vocat, *Non dicatur homines illos tantum in Ecclesiâ tolerari, sed quod illi alios tolerent.* Alius vero cui nomen Joachimus Oudanus Pastorem quendam Hollandiæ ad huc ineptius refutat. Dixerat Pastor, pravos errores Jesuitis authoribus esse imputandos, non Ecclesiæ aut Pontifici, cum Pontifices Jesuitarum errores sæpe damnaverint. At ille Pag. 138 Libri vernaculi, in aliquas Apocalypseos Prophetias editi:

Onze schrijver beroept zig op het oordeel ofte veel eer de veroordeelinge, die de tegenwoordige Paus Innocentius de XI. van de

Scriptor noster provocat ad judicium vel potius ad damnationem, qua Pontifex hodiernus Innocentius XI. Jesuitarum propositiones proscripsit; verum quam in lubrico consistat ipse Pontifex discimus ex literis Româ missis Anno 1687. *circa negotium Quietistarum. Jesuitæ, inquiunt literæ, dexterâ potenti Regis Galliæ fulfulti, ipsum Pontificem taliter supplantarunt, ut quo ad Quietismum suspectus redderetur, tanquam novæ hæreseos fautor &c.* Mentiri vel potius

tius errare credo hominem heterodoxum, sed hæc juvat in medium adducere, ut liquido pateat, quantæ propter enormia Jesuitarum dogmata, eorumque nimiam potentiam in Ecclesiam deriventur calumniæ. Pag 137. dicit idem: *Non potest Ecclesia eluere maculam, quam suscipit a tali Societate, quousque non resecantur (Jesuitæ) ab Ecclesiâ tanquam corrupta ac putrida membra.* Nec ista allego alio fine, quam ut ostendam in quantum orbis scandalum cedant denuntiatæ hæreses, aliaque multorum Jesuitarum dogmata laxiora. Scio multa in Ecclesiâ esse tolerandа, & malum quod plures invasit, illosve qui sociam habent multitudinem, prudentius esse tractandum.

Nec satis est Jesuitis parvis & magnis Catechismis ejusmodi errorum monstra inserere; mandant quoque operi. Quod errores hujusmodi tanquam regulas proponant, quas Confessarii in animarum directione sequantur, notissimum est, & patuit Articulo superiori §. 2. n. 16. At aliam probationem suppeditant gesta in-

grondstellingen der Jesuiten gestreken heeft: dog op hoe glibber gladden ys deze Paus zelf staat, zien wy uit zekeren brief in den jaere 1687. uyt Romen geschreven wegens de quietisten: daer hem de Jesuiten, zig onderstеund voelende van de magtige hand des Konings van Vrankrijk, zodanig een pil hebben

 ter weten te

zetten, Dat hy zelf wegens het werk der quietisten voor verdagt gehouden wierd, van deze nieuwe ketterije begunstigd te hebben.

Men kan de Kerk niet zuyveren van de smet, dieze van zodanig gezelschap ontfangt, zoo lang als de Jesuiten gelijk verdorve en verrotte leden van de Kerk niet afgesneden worden.

ter Joannem Henrici Delphensem & Jesuitas Delphenses eorumve advocatum *Erasmum van Vreede*, sub quo nomine voluit latere Scriptor in Sociorum suorum defensionem delectus. Neglexerant Iesuitæ quatuor puellas ejusdem civitatis, quas verè Catholicus pater moriens assistenti sibi Iesuitæ Norberto Mollio intimè commendaverat; (Quidquid enim pastorum est, ne quidem Baptismi administratione ac matrimonii benedictione exceptis, illic, & passim per Hollandiam, non minus quam Pastores obeunt Missionarii) Patre mortuo pupillæ quatuor cum luctu bonorum omnium traditæ sunt domui pupillorum Acatholicæ juxta Calvini Sectam educandæ, & ab Ecclesiæ gremio avellendæ. Accusatur graviter Mollius, quod templa Dei vivi deseruerit, quod iis non subvenerit, eorumque necessitati non sollicitè opem imploraverit ditiorum vel Superiorum suorum, quod soleant suos servare Pastores Delphenses ab adhærente sibi populo adjuti, quod cum tot florenorum millia expenderint Delphis Iesuitæ in lapidei templi structuram & ornatum, turpis nimium sit tristissima illa desertio membrorum Christi, quod Delphenses

phenses Pastores pauperibus suis admodum gravati obtulerint manum adjutricem in opus illud piissimum, quod Jesuitarum præpositi ad quos Missionariorum superflua non raro perveniunt, & qui per Provinciam Flandro Belgicam non vulgares sed regales opes in exornandas basilicas conferunt, potius debuissent conveniri &c. Num impactum crimen satis depellat Jesuita, me non attinet, quamvis intelligam quod ad posteriores Epistolas Joannis Henrici obmutuerint, & quod ad huc modo præmore habeant Orphanos dimittere ne eorum sustentatione graventur, vel ne minus a populo eorum sustentatione gravato accipiant. Causam hanc non mecum, sed cum Joanne Henrici si possint prosequantur Jesuitæ. Verum in Iesuitis quis ferat, quod pro depellendo immisericordiæ crimine denuntiatis modo hæresibus utantur, atque ex iis argumenta desumant? En ipsa verba *Erasmi van Vreede*: „Planè dico, tenere „me cum Casuistis, docentibus quod „Deus Christianorum neminem flam„mis æternis adjudicet, nisi ob peccatum „mortale liberè & scienter commissum. „Tenes contrarium? Cave ne ipse inci„das in doctrinam ab Innocentio X. &

Ik seg u vlak uyt, dat ik het houde met de Casuisten welke leeren, dat God geen Christen mensch verwijst tot het eeuwige

vuur, ten zy om doodelijke zonde met zyn vrijen moetwil begaan. Houd gy het tegendeel? Sie wel toe, dat gy zelf niet en vervalt tot eenige leeringe die voor Ketters en Gods lastezig verdoemd is door de Pausen Innocentius X. en Alexander VII. ende dat gy

„ Alexandro VII. damnatam tanquam
„ hæreticam & blasphemam, ne ita propter pupillas quatuor a domo pupillorum servandas te ipsum in infernum præcipites. Et quod convitia attinet quibus fortè ex præfatis rudibus innocentibus aliquæ cæco zelo Catholicam fidem aliquando violabunt, peto an fieri non possit, ut per hoc arbitrentur obsequium se præstare Deo? Tunc eos propter hoc ex animo existimatum Dei obsequium peccati mortalis argues? Num blasphemiæ Pauli attenuatæ sunt per ignorantiam ejus? An ignorantia illa blasphemiarum & persecutionis malitiam non potuit eousque minuere ut misericordiam Dei ac gratiam non amitteret, & venialis peccati terminos non excederet? Si di-

alzoo om vier kinderen uyt het Wees-huys te houden uwe Ziel in de Helle niet en brengt. En wat de lasteringen aangaat met de welken misschien zommige van de voorgeseyde onnosele onwetende door een dommen yver het Catholijke geloof mogten schenden, ik vraag u of het niet ge schieden kan dat zy wanen hier mede dienst te doen aen God? Of gy ze om dezen ter goeder trouwe gewaenden Godsdienst bekeurd van doodsonde? Of de lasteringen van Paulus 1. Tim. 1. niet verminderd wierden door zyne onwetentheyd? Of dezeonwetentheid de boosheid van laster en vervolginge niet zoo verre verminderen ken, dat zy Gods bermhertigheid en genade behiel, en niet en liep buyten de palen van vergefelijke zonde? Zoo neen? het staet u toe te bewijsen. Zoo jae? zwijg dan van Pater Hasart en anderen.

„ dicas quod non potuerit, tuum erit pro-
„ bare. Si dicas quod potuerit; Cave ergo
„ arguas Patrem Hasart, aliosque. Ita loquitur Scripti Imi. Pag. 21. Causam Patris Hasart suscipiens, respicit in hæresim supra propositam, *Quod blasphemia & S. Ecclesiæ persecutio in se quidem fuerint peccatum mortale, sed in Paulo tantum veniale, quia ex ignorantiâ faciebat*: hanc enim hæresim adversarius in P. Hasart reprehenderat.

Pro verbis flandricis Erasmi *Dodelyke zonde begaan met vryen moedwil*, latine posui *Mortale peccatum liberè & scienter commißum.* Ne vero putes versione me sententiam reddidisse absurdiorem, audi Virum dilucidè exponentem quod tali sensu dictionem *Moedwil* velit sumi. *Id*, ait Scripto 3tio. Pag. 47. *voco* MOEDWIL, *quod liberâ voluntate & scienter committitur. Hoc recordare deinceps: quia id solum propriè peccatum mortale est apud Augustinum, omnesque Theologos Catholicos.* Præclara certè defensio.

Het blasphemeeren en vervolgen van de H. Kerk was in zyn zelven doodzonde, maer in Paulus maer dagelijksche, om dat hy het uyt onwetentheid deede.

Dit noem ik moedwil, dat van den vrijen wil en wetende word gedaen. Heugt dit voortaen, want dit alleen is eygentlijk doodzonde by Augustinus en alle Catholijke Godsgeleerden.

Nec prætereunda sunt sequentia Scripti Imi. Pag. 31. Pauperes pupilli qui e-
„ ducantur in Religione Reformatâ pa-
„ tiuntur aliquod salutis periculum, sci-
„ licet cum melius scientes in hæresim inci-

De arme Weezen opgevoed wordende in de Gereformeerde Religie lopen eenig gevaer van haere zaligheid, te weten als wanneer zy beeter weetende zouden vervallen tot eenige ketterije; ofte in doodzonde gevallen zijnde niet te deegen zouden gebruiken de middelen van regtvaerdigmakinge.

„ inciderent, vel in peccatum mortale „ lapsi non uterentur justificationis me„ diis sicut oportet: „ Ac si extra hos casus dum suam Sectam bonam existimant, hoc est dum totâ mente & corde sunt hæretici, salutis discrimen non paterentur ex hæresi.

Quid non propter has tres denuntiandi rationes dixisset Gulielmus Abbas, qui propter earum unam scripsit Gaufrido & Bernardo, *Dico vobis, periculose siletis tam vobis quam Ecclesiæ Dei?* Hinc non diutius silendum, sed malum grassans palam denuntiandum esse duxi. Censent Jesuitæ per talia de Peccatis ignorantium dogmata periculum desertorum orphanorum extenuari, adeoque negatam illis misericordiam posse excusari. Ego vero censeo eadem propterea esse detestabiliora, quod pupillorum ab Ecclesiâ avellendorum desertioni ansam præbeant, & quod in hujusmodi malæ causæ defensionem a Patronis suis proferantur.

ARTICULUS III.

Quis scopus, & origo triplicis hæresis denuntiatæ?

Scopum & originem triplicis quæ denun-

nuntiatur hæresis colligere licet ex ipsius Societatis testimonio. *Quod non nemo, de primis Ecclesiæ Duodecimviris dixit, partiuntur inter se orbem terrarum, victorias & spolia definiunt.*, *&c.* ipsi dicunt de se ipsis Imagine 1me Seculi Lib. 3. Pag. 403. tanquam qui *vitæ rationem eorum consequi & in se exprimere conentur*, propositum sibi habentes ut prosint quam plurimis, & undequaque extendant terminos suos. Hinc præclarè Lib. 1. Pag. 118. „ Bucephalum, „ equum illum ob ferociam torvitatem„ que vultus & naturæ durum atque in„ tractabilem, ad fræna sessoremque pa„ tiendum adegerat Alexander. Resti„ tit ad id Philippus rei novitate recre„ atus, eumque ex equo desilientem „ paternè complexus, Mactè, inquit, „ fili, hac fortitudinis gloriâ, & regnum „ quod istud animi tui invictum robur „ æquare possit armis quære: nam Ma„ cedonia mea te non capit. Itane est? „ Equum insolentem Alexander domuit; „ continuòne causa fuit, cur a parente „ audiret, ut ad novas provincias quasi „ eximium præmium fortitudini debi„ tum convolaret? Non opinor. At ex „ quo indomitas naturæ depravatæ cupi„ ditates tantâ animi præstantiâ Ignatius „ re-

„ refrænavit, merito Jesus illum his iden-
„ tidem vocibus ad res omnium maximas
„ incitasse creditur: Roma, Ignati, &
„ Italia tota tuo minor est animo, Euro-
„ pa ipsa te non capit, nova regna, no-
„ vis orbis quærendus.

Neque fefellit presagium, ut declarant ejusdem Imaginis Lib. 2. Pag. 250. his verbis: „ Pertenui sanè scintillâ di-
„ vini ardoris auspicatissimè correptus est
„ Ignatius: sed hæc scintilla quantos toto
„ orbe Christiano ardores animorum
„ flammasque propagavit? Nec minus
„ terrarum spatiis quam animi ornamen-
„ tis est amplificata Societas, ita ut hæc
„ in parte cum florentissimis regnis ac mo-
„ narchiis in contentionem venire possit.
„ Etenim si præteritorum temporum
„ monumenta Jubet evolvere, & quâ
„ celeritate nobilissimæ gentes imperia
„ sua propagaverint recordari; reperie-
„ mus profectò, quantum illæ sæculis,
„ tantum nos propèmodum lustris; quan-
„ tum lustris illæ, tantum nos annis sin-
„ gulis perfecisse. Nihil de Assyriorum
„ imperio dico, non maximis limitibus
„ circumscripto; taceo Persas, non ul-
„ tra Ethiopiam progressos: prætermit-
„ to Macedonas, ab Adriatico mari
„ trans

„ Gangem ad Emadios uſque montes
„ provectos. Illa, illa inquam, terra-
„ rum Dea gentiumque Roma, nonne
„ propè quingentis annis cum domeſticis
„ luctata eſt? Poſtque infinitas propè vi-
„ ctorias, vel ducum fortitudine ac feli-
„ citate partas, vel Conſulum vigilantiâ
„ conſervatas, vel Cæſarum fortunâ au-
„ ctas, diverſiſſimarum nationum genti-
„ bus domitis, tandem veluti fatiſcenti-
„ bus ſenio viribus, nonne ad Occiden-
„ tem Oceano, ad Septemtrionem Rhe-
„ no Danubioque, ab Oriente Tigri,
„ Atlante a Meridie circumſcribitur?
„ Latiſſimi, fateor equidem limites, am-
„ pliſſima imperii propagatio: ſed quam
„ ad regnorum omnium ſtuporem longè
„ noſtra Societas lateque tranſcendat.
„ Fuerunt enim terrarum imperia, quam-
„ vis propagatione longiſſimè diffuſa, ta-
„ men intra metas vicinorum Regum po-
„ tentiâ coarctata: at Societas nullis eſt
„ ſepta limitibus, nullis lineis circum-
„ ſcripta, non ſiſtitur fluviis, non clau-
„ ditur montibus, tranſcendit littora,
„ pervadit maria, per loca omnia vel
„ longitudine inacceſſa, vel fretis divul-
„ ſa, vel receſſibus abdita, vel quaqua-
„ verſum immenſa producitur, proten-
„ ditur, explicatur. Ad

Addunt Lib. 5. Pag. 686. „ Infinitum „ hic fuerit commemorare, sed non æ- „ que gratum omnibus, quæ domicilia „ tum in Lusitaniâ, Austriâ, Hispaniâ, „ Galliâ, Bavariâ, Societati liberalitate „ Summorum principum sint constitu- „ ta, quæ sapientiæ gymnasia & acade- „ miæ ejus instructioni directionique con- „ creditæ, quam profusâ liberalitate vi- „ tæ subsidia subministrata. Ut non ne- „ mini videri possit illud Isaiæ vaticini- „ um, quod in Christianâ Ecclesiâ gau- „ demus impletum, ad Societatem suo „ sensu aliquo pertinere: *Erunt Reges* „ *nutritii tui, & Reginæ nutrices tuæ. Su- ges lac gentium, & mamillâ Regum lacta- beris.* Et Pater Franciscus de Mendosa in Viridario sacræ & profanæ eruditionis Lib. 6. Orat. 14. scribere non dubitat: „ Nego in totâ terrarum mole ullum un- „ quam cujusque ingenii virum extiisse „ (pecuniæ quamvis avidum) qui tantum „ divitiarum cuperet; quantum vel „ unus Lusitaniæ Rex in Societatem li- „ beraliter profudit. Hoc non tantum „ oratio convincat: Olisipo, Ebora, „ Conimbria, Lusitania, Angola, Bra- „ silia, Goa, Japonia, orbis denique „ universus hoc proclamat, deprædicat,

puc-

„ buccinatur. Lusitaniæ Reges sunt, „ quos divinus vates Isaias, Societatis „ (ita liceat interpretari) nutritios fore „ pollicebatur. *Erunt Reges nutritii tui* „ &c..... Augustissimi Sebastiani be- „ neficio novem Societatis Collegia, am- „ plis dotata vectigalibus, tum in Lusita- „ niâ, tum in Brasiliâ, tum in Indiâ con- „ stiterunt..... O quam bene de te potest „ concini, o Societas! illud Isaiæ vati- „ cinium, *Suges lac gentium, & Mamil-* „ *lâ Regum lactaberis!* seu ut clarius in- „ terpretantur, *Et divitias Regum come-* „ *des.* Ut enim cibo humana corpora „ maximè adolescunt, ita ut Regum be- „ neficiis in hanc magnitudinem crevisti. „ Quod si in totâ Lusitaniâ tantam tui „ admirationem excitasti, id mihi Lusi- „ tanorum Regum beneficiis jure meritò „ videtur referendum, quod idem vates „ Isaias expressit, Ecclesiæ cultores allo „ cutus, vel ut meam in rem oraculum „ derivetur, Societatis Professores: *In* „ *divitiis* inquit *eorum* (de Regibus ser- „ mo erat) *eritis admirabiles.* Vel ut „ significantius loquar cum vulgari, *In* „ *gloriâ eorum superbietis.* Sic enim Re- „ gum liberalitas se in nostros homines ef- „ fudit, ut dubitare possis non immeri-

to,

„ to; illis ne religiosam inopiam re-
„ levarit, an regiam superbiam conci-
„ liarit.

Quod si Jesuitæ orbem inter se divise-rint, si Roma, si Europa, si orbis universus eorum minor est animo, si ultra Romanum & quævis alia imperia Societas producitur ac dilatatur, Si juxta Isaiæ vaticinia ad se dicant pertinere, Sugere lac gentium & Regum mamillas, & in eorum divitiis esse admirabiles: quis dubitare potest, Societati propositum & scopum esse, suo amori ac regno quam plurimos subdere, suaque imperia in conscientias quam plurium insinuare? Hanc suam quam plurimorum directionem censent Deo maximè gloriosam, animabus salutarem, & suæ quoque Societatis honori ac commodis non inopportunam.

Itaque quærenda via ad plurimorum animos promerendos, vincendosque, & suæ curæ subiiciendos. Abhorret naturæ corruptio ab Evangelii rigore, ideo rigor emolliendus: per arctam salutis viam incedere recusat mundus; quærenda ergo doctrina hujusmodi quæ hominum animas sive læsas peccatis sanet quam lenissimè, sive sanas dirigat in semitas salutis

quam

quam commodissimè, regulis Evangelii ad tempora hominumque infirmitatem, ut loquuntur, flexis. Quæsierunt illam ac in venerunt Jesuitarum plurimi. Quod *meritò pœnitentia laboriosus baptismus a Sanctis Patribus sit dictus*, legimus in Synodo Tridentinâ Sess. 14. C. 2. Quid vero boni Patres? Quærunt in præfato Catechismo pro primâ Communione, instructione I[a]. *Num confessio* (per confessionem juxta modum loquendi flandricum intelligunt Pænitentiæ Sacramentum) *est res laboriosa?* Respondent. *Non, nam vulnera animæ nostræ illic sanantur semel ea enarrando.* Mox iterum quærunt: *Si Chirurgus aliquis vel medicus existeret, qui vulnera & morbos sanare posset solâ eorundem inspectione, vel auditâ expositione, an ille durus medicus censeretur?* Et responsio est. *Non certè. Et verè ejusmodi medicus est confessarius.* Cumque juxta præfatam Synodum Sess: eâdem Cap. 8. *Sacerdotes Domini debeant, quantum spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum & pœnitentium facultate, salutares & convenientes satisfactiones injungere, ne si fortè peccatis conniveant & indulgentiùs cum pænitentibus agant, levissima quadam opera pro gravissimis delictis injungendo, alie-*

norum peccatorum participes efficiantur: decernere tamen non veretur Pater Hasart Majoris Catechismi Iâ. Parte Pag. 573. *Si alicubi consuetudo sit, parvas pœnitentias injungere etiam pro gravibus peccatis, non malè faciunt confessarii hanc consuetudinem sequendo.*

Attritionem quoque ex solo metu malorum temporalium, si & illa a Deo immitti credantur, in Pænitentiæ Sacramento ad justificationem sufficere, docent Instructione 3â. Catechismi pro primâ Communione. Et quam facilè post crimina atrocissima, etiam frequentata, Absolutionem doceant impendendam, & impendant omnibus notum est.

Quis porrò mollium doctrinarum successus? „ Deus bone, exclamat Imago Imi. Sæculi Lib. 3. Pag. 372. „ Quo nec majorem sperare potuit Societas. Quan-„ tus ubique concursus? Quoties impar „ numero fuit & est operosa Confessari-„ orum sedulitas? Adeo in plerisque So-„ cietatis templis obsessa perpetuo quo-„ dam affluxu sacra illa videmus tribuna-„ lia, ut si numerum spectes; inter so-„ lemniores anni dies & principem festo-„ rum omnium vix appareat discrimen. „ Alacrius multò atque ardentius scele-

„ ra

,, ra jam expiantur, quam ante ſolebant
,, committi: nihil jam menſtruâ, nihil
,, hebdomadariâ expiatione moribus re-
,, ceptum eſt magis. Plurimi vix
,, citius maculas contrahunt, quam
,, eluunt.

Eandem in curandis animis lenem facilitatem, etiam in peccatore, per inveteratam conſuetudinem peccatis innumeris graviſſimèque laborante, pulchro exhibet Fmblemate Imago 1. Sæculi, jam ſæpe citata, Lib 3. Pag. 462. Titulus eſt *Exomologeſis.* Pictura refert hominem obligato capite, toto corpore ægrum & ulceroſum, cujus ad tibiam ulcera canis lambendo curat. Subſcriptum, ***Fert lingua medelam***, his verſibus.

,, Eheu quam diro lacerum mihi vulnere corpus!
,, Penè oſſa tetro nuda ſpectantur ſinu.
,, Nec dolor eſt nec plaga recens, multoſque per annos
,, Obducta putrem contegit ſaniem cutis.
,, Ipſa mihi gravius medicina dolore timetur,
,, Tam dulcis ægram plaga mentem

 con-

conficit.

„ Ah miser, ah nescis, *non te manus aspera tanget*,

„ *Tibi sola ferre lingua medicinam potest.*

„ Pande animi labes, mox mystica verba salutem,

„ Et sana culpas monita plangenti dabunt.

„ Vulneribus non sola canum fert lingua medelam,

„ Lojola in hujus muneris partem venit.

Si tam facilè curentur ægri, quanto facilius dirigentur sani? Quis adhuc miretur ad hujusmodi medicos turbam, orbemque, maximè immorigerum confluere? Hi enim non mediocri industriâ præditi doctrinam Evangelicam suis in ejus regulas & in Decalogum expositionibus ita diluerunt, & multum maceratam ita attemperaverunt infirmi hominis palato, ut eam, cum præterea blandè propinatur, bibant omnes avidissimè, & quasi spiritu ebrii, ultro se dedant regno Jesuitarum.

Hunc suavium virorum scopum nuper Roterodami publicabat Missionarius Jesuita.

Jesuita. Si Judas, inquiebat in Concionibus quadragesimalibus in Passionis historiam, triginta argenteis vendidit Christum, Sacerdotes modo non decet ut eum regnumque ejus caro vendant. Sic propositum est Jesuitis, ut emptorum copiam alliciant in officinas Societatis, vili pretio cælum vendere, vel potius venum exponere.

In finem autem illum denuntiatis modo erroribus nihil est opportunius, secundum quos quasi clausis oculis homo in cælum involvitur. Cætera cæli compendia si non multum, aliquid tamen laboris requirunt, vel precum, vel confessionis, vel frequentationis templi, vel quid simile. Sed nihil facilius, nihil commodius, quam ignorare, non considerare, non advertere peccati malitiam. Si hâc viâ, ut contendunt Jesuitæ, possint a mortali peccato excusari crudeles persecutiones & cædes in Saulo, in aliis hæreses, Idololatria, libidines, adulteria, furta, & omnis generis crimina, admodum in gratiam multorum dilatatur arcta cæli porta.

En scopum, originemque triplicis hæresis denuntiatæ.

ARTICULUS. IV.

Exhibetur Hæresis Prima, & ex S. Scripturis refellitur.

§. 1.

Prima hæresis, quæ a Patre Estrix Thesi Anni 1668. 23. Julii, & in Apologiâ pro Jesuitis Belgis Anni 1690. asseritur, modo verò Ecclesiæ denuntiatur, hæc est: *Nullum est peccatum formale nisi conscientia hic & nunc judicet de malitiâ. Quid hic mali? Quid hic non commune scholis omnibus theologicis, excipe Jansenianam aut Scriptores quosdam recentiores.* Et huc spectat illud ex Jesuitarum Catechismo flandrico pro ja. Communione: *Nemo plus peccat, quam quatenus scit & novit malitiam peccati.*

Ne terminis *Ignorantiæ vincibilis* & *invincibilis*, quibus hic ludunt Jesuitæ, sinat quis sibi illudi, observandum est, quod dum postulantur de hæresi, quâ ad formaliter peccandum requirunt notitiam actualem & advertentiam malitiæ, mox exclamant: Absit, excusat ignorantia & inadvertentia invincibilis, secus vincibilis. Nisi ulteriùs urgeas, hic libenter quiescunt sub umbrâ terminorum.

norum. Si urges, primum subterfugiunt. Si instas, rursus se terminis involvunt. Si necdum acquiescis, dicunt perfrictâ fronte tunc ignorantiam & inadvertentiam esse invincibilem, & inculpatam, quando nulla malitiæ cogitatio, suspicio, aut scrupulus menti occurrit. Patet id ex supra appensis triplici hæresi erroribus. Ecce lusum. Deinde nisi consentias, & licet palam profitearis (sicut profiteor) te nullam ignorantiam culpabilem aut non excusantem agnoscere, quam vincibilem; nihilominus etsi tu nolis, volunt ipsi, ut ignorantiam invincibilem dicas culpabilem, & consequenter Deum aliquid impossibile præcepisse, Ac ita titulum fingunt, quo te hæresibus & maledictis onerent. Hinc non immerito Steyartius monebat P. De Reux: „ Ignorantiæ, item inadverten-
„ tiæ vincibilis non meminimus, quia
„ terminus ille *Vincibilis*, item *Invinci-*
„ *bilis* nimis apud quosdam est æqui-
„ vocus, Quapropter nemo se illo de-
„ cipi patiatur. Neque vir doctus,
„ quo cum agimus, hâc voce in respon-
„ sione uti velit, restaret enim quæstio,
„ quænam ignorantia vel inadverten-
„ tia secundum ipsum sit vincibilis aut

 „ invin-

„ invincibilis. Notum est siquidem ; „ apud aliquos omnem ignorantiam in- „ vincibilem dici, ubi hic & nunc non „ est actualis advertentia.

Circa hanc Jesuitarum hæresim, ***Nullum est peccatum formale nisi conscientia hic & nunc judicet de malitiâ***, notandum : quod non sit contenta quâdam malitiæ cogitatione præteritâ, sed requirat præsentem *hic & nunc* : quod etiam non sufficiat illi generalis aliqua cogitatio, sed requirat reflexam & expressam in hoc particulari casu. Et quod demùm juxta illam ad peccandum non sufficiat malitiæ apprehensio, sed requirat de malitiâ judicium, quod ad secundam mentis operationem spectat. Nec hoc mirum, cum habeat supra commemoratus Jesuitarum Catechismus, in usum rudium & adolescentum pluries typis editus, Quod ***nemo peccet plus, quam quatenùs scit & novit malitiam peccati.***

Juvat videre quomodo P. Cornelius Hasart, quem, dum viveret, Jesuitæ eorumque asseclæ velut Oraculum suspexerunt, paradoxa hæc in Majori suo Catechismo probet, & emblemate illustret, quo promptiùs hæreant mentibus lectorum. „ Nescio, inquit 2. parte Pag. „ 494. an-

„ 494. an videris aliquando imaginem ex-
„ hibentem duos mendicos, alterum tam
„ claudum ut non posset incedere, alte-
„ rum tam cæcum ut nihil videret: & ta-
„ men libenter processissent. Quid ergo
„ fecerunt? Cæcus claudum portavit hu-
„ meris, atque ita processerunt. Nam clau-
„ dus non valens ire pedibus suis ivit pe-
„ dibus cæci; & cæcus non valens viam
„ dirigere oculis suis, eam direxit oculis
„ claudi. Sic propè cum voluntate & intel-
„ lectu agitur; oportet cogites intellec-
„ tum esse claudum, cæcam voluntatem.

Deinde declarat alterum sine altero peccare non posse, nimirum eo qui jam patuit sensu, & voluntatem cæcam non posse adire malitiam peccati, nisi claudus intellectus voluntatis humeris portatus eam eò direxerit. Intellectum autem non posse dirigere voluntatem ad malitiam peccati, si ipse circa malitiam peccati tam sit cæcus quam ipsa voluntas, imo magis cæcus, ut pote non solum non videns obiectum esse malum, sed putans esse bonum. Quo tunc duce cæca voluntas, portans humeris intellectum magis cæcum, ibit ad malitiam peccati?

Hinc ulterius deducit Pater Hasart in Majori Catechismo duas alias hæreses denuntiatas. Mox enim Paginâ sequenti

Pag. 495. asserit hanc: *Non possumus Deum offendere graviter, quando sincerè & prorsus putamus non magnum malum esse quod facimus.* Et pag. 108. proponit aliam his verbis: *Blasphemia, & sancta Ecclesiæ persecutio in se quidem erat peccatum mortale, sed in Paulo tantum veniale, quia ex ignorantiâ faciebat:* ac si diceret, quod intellectus claudus Pauli non direxerit cæcam voluntatem ejus ad malitiam gravem blasphemiæ & persecutionis, quodque proinde cæca voluntas Pauli sine gravi peccato blasphemaverit & Ecclesiam infestaverit. Verumtamen etsi Pater Hasart simul fuisset & cæcus & claudus, non potuisset labi miserius.

Itaque Prima hæresis, defensa olim a Cælestio & Pelagianis sed in iisdem per Ecclesiam damnata, suscitata deinde ab Abaelardo & profligata a Bernardo, nunc a Jesuitis revocata, & ut antiquam suam sententiam damnationemque iteratò ferat Ecclesiæ denuntiata, quam sit verbo Dei scripto traditoque contraria paucis videamus.

§. II.

Quod Scripturas attinet, testantur hæ frequentissimè multos sæpe & graviter

ter peccare, qui peccare se nesciunt, nec actu advertunt, imo qui firmiter se rectè facere & obsequium se præstare Deo arbitrantur. Hinc Sapiens Prov. 14. v. 12. *Est via quæ videtur homini justa, novissima autem eius deducunt ad mortem.* Ne vero quis putet casum illum non esse frequentem, addit. Cap. 21. v. 2. *Omnis via viri recta sibi videtur* (hoc est, sic passim contingit) *appendit autem corda Dominus*, utpote qui non secundùm errores hominum, sed secundùm legem suam æternam judicat. Ideo tam sollicitè Deus per Sapientem eundem inculcat suæ legis recordationem, vetatque oblivionem. *Fili mi*, ait, Prov. 3. v. 1. &c. *ne obliviscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat. In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud temetipsum. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis.* Ideo toties pro acquirendâ sapientiâ hortatur ad orationem, ad sapientiæ amorem, & studium, ut Proverb. 2. Ideo tam sæpe & ferventer Sancti in Scripturis, præsertim David, pro luce illâ cælesti orant: *Illumina Domine oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.* Ps. 12. v. 4. Adeo autem oblivione

livione Dei & legis eius non censet tolli peccata, ut potius idem Psalmista dicat, Ps. 9. v. 18. *Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliviscuntur Deum.*

Præterea hic error damnatur Sap. 4. v. 16. &c. *Interveniente tempore convalescente iniquâ consuetudine hic error* (loquitur Sapiens de Idololatriâ) *tanquam lex custodi us est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta... & hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui aut Regibus deservientes homines incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. & non suffecerat errasse eos circa Dei scientiam, sed & in magno viventes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.* (quieti falsâ pace) *Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes,* (notat hic tum crudelia sacrificia quibus parentes proles suas immolabant idolo Moloch, tum Priapi & veneris obscura sacrificia, quæ horrendis libidinibus celebrabantur) *neque vitam, neque nuptias mundas iam custodiunt, sed alius alium per invidiam occidit, aut adulterans contristat: & omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas,*

turbatio

turbatio & periurium, tumultus bonorum, DEI IMMEMORATIO, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inconſtantia, inordinatio mœchia & impudicitia. Infandorum enim idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, & initium & finis. Dum enim confidunt in idolis quæ ſine animâ ſunt, malè jurantes noceri ſe non ſperant. Utraque ergo illis evenient digné. Vides flagitia illa, nec per mali inadvertentiam, nec per errorem pro lege ſervatum, nec per Dei ignorantiam, animive pacem eſſe excuſanda. Malumne advertebant, imo numquid religionis opus ſe exercere credebant, qui Dijs ſuis cariſſima ſua pignora immolabant, cremabantque? Stupris quoque virorum ac mulierum Veneri ac Priapo nihil gratius cenſebatur. Reliquis quoque ſceleribus ſuis Deos non putabant offendi, cum teſte Scripturâ confidentes in Idolis ſuis quæ ſine animâ erant, ſicut noceri ſibi ab iis non poſſe, ita & ſe iis nocere non poſſe meritò haberent indubitatum.

Vlterius, Si ad peccandum requiritur advertentia malitiæ, nihil peccarunt plurimi condemnatores & interfectores Chriſti & Apoſtolorum. *Cayphas*, ut notat

notat Joannes Cap. xj. *cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat:* ac utilem populo, imo necessariam esse Christi interfectionem Concilio persuadet. Ipse Dominus Apostolis suis instantia mala prædicit his verbis, Joan. 16. *Absque synagogis facient vos: sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo: & hæc facient vobis quia non noverunt Patrem neque me.* Et Act. 16. Pauli & Silæ persecutores audimus dicentes: *Hi homines conturbant civitatem nostram cum sint Judæi, & annuntiant morem quem non licet nobis suscipere, neque facere, cum simus Romani.* Ecce homines, quorum cæcam voluntatem ad scelerum malitiam claudus & ignorans intellectus non perduxit, adeoque secundum principia Jesuitarum pronuntiandos a crimine immunes. At ipse gloriæ Dominus, ab ignorantibus crucifixus, in cruce oravit: *Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt.* Et Apostolus eius 1. Cor. 4. ait: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum. Qui autem judicat me Dominus est.* Non est ergo quod Patres

Patres nostri recentiores, adversus Sacrarum literarum oracula, & communissimas Christianismi notiones, doceant ad peccata non posse accedere voluntatem, nisi eorum malitiam prævie cognoscat intellectus.

Nec prædicate, Patres boni, beneficos vos esse generi humano. Eodem vecte quo infernum sceleratorum millibus occludere molimini, latius eum panditis. *Propterea*, clamat Deus Isa. 5. *captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.... Propterea dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino* : & *descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosique eius ad eum.*

Quod si viventibus non creditis, mortuis credite; infernum ipsum adite, vos quibus nihil inaccessum, & qui ubique viam aut invenitis, aut facitis. Numquid Sap. 5. damnatos auditis in inferno præ angustiâ spiritus gementes, eiulantesque, *Lassati sumus in viâ iniquitatis & perditionis.... Virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostrâ consumpti sumus?* Interrogate eos, vos enim venisse non decet ad augenda eorum tormenta. Audacter inter-

interrogate: Num dum peccabatis conscientia vestra hic & nunc judicabat de malitiâ? Absit, inquient: *Ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus.* Numquid tamen aderat vobis mali suspicio, dubiumve, semperque circa malitiam operis lux affulgebat? Nullatenus. *Frravimus a viâ veritatis, & justitiæ lumen non luxit nobis.* Luxit saltem crepusculum lucis, ceu aurora. *Sol intelligentiæ non est ortus nobis.* Ergone sine remorsu conscientiæ vos rectè ac prudenter facere credebatis? Credebamus. Testes *hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore*: tam certi nos bene ac sapienter vivere ut Justorum vitam æstimaverimus insaniam. Et ad huc ardetis? Ardemus. Usque adeone infelices! Proh Deum immortalem! *Je vous demande, Messieurs, pouvez vous vous persuader, qu'un Dieu si juste & si bòn le punisse pendant toute l'eternité pour avoir faict ce qu'il crojoit en conscience devoir faire? y auroit il une tirannie pareille a celle la? Et si la religiòn cretienne nous donnoit une telle idée de Dieu, ne luy seroit elle*

elle pas plus injurieuse, que l'idolatrie mesme? Præclarè, præclarè, Optimi Patres. Dicit quidem immisericors Denuntiator Gallus vos loqui blasphemiam, sed sententiæ tuæ accedimus, & communibus ulnis eam amplectitur totus infernus. Spes nostra ex Philosophismo concepta nos nuper fefellit. Inceperamus ad liberationem aspirare, cum scateat puteus noster peccatis Philosophicis. Sed pergite, Patres, si ad peccandum requiri malitiæ advertentiam eviceritis, plures nostrûm & felicius quam per Philosophismum vestrum liberabitis. Philosophismus pænis tantum eximit æternis, Philosophismi autem mater pænis omnibus.

Denonciation. 4. Pag. 30.

Quod hunc inmodum inferorum cives, qui malitiam scelerum suorum ignorarunt, Deoque se obsequi crediderunt; ad inferni ostium possent convenire Jesuitas, Judicium de malitiâ operis ut peccetur requirentes, est manifestum.

ARTICULUS. V.

Exhibetur concordia 1ma Heresis cum Pelagianorum heresi, per Ecclesiam jam olim damnatâ.

Hæresim illam, quæ ad peccandum requirit malitiæ advertentiam, cum Pelagianis propugnavit Cælestius. Ab his eam post Abælardum acceperunt Jesuitæ. Sed quæ damnata est per Ecclesiam in Pelagianis, damnata manet etiamnum in Jesuitis. Ut autem utrorumque concordia hac in parte magis elucescat, libet Pelagianorum doctrinam & Jesuitarum aliquot articulis simul conferre, sic tamen ut nec hic, nec in totius denuntiationis decursu tangere velim quæstionem disputatam de ignorantiâ juris naturæ. Professus sum, & profiteor, me nullam ignorantiam invincibilem pro culpabili habere. Aliud hic agitur, ut clamant hæreses denuntiatæ. Agitur an Thomas Zanches Jura ac Doctores sano, vel pernicioso sensu interpretetur, vel potius an non temerariè Jura antiqua Magistrosque corrigat, dum Lib 1. C. 16. N. 24. ait. *Ex his* (nimirum ex fundamentis quæ circa Ignorantiam suam invincibilem & excusantem posuerat) *deducitur, esse sano modo intelligenda Jura ac Doctores, dum æquiparant scire ac debere scire: passimque dicunt, esse indirectè voluntaria Ignorantiam & Inadvertentiam, cum quis vel scivit advertitive, aut debebat*

scire

ſcire & advertere. Hæc enim intelligenda ſunt, quando adfuit aliqua actualis plena & ſufficiens ad mortale advertentia ad malitiam obiecti, eiuſve periculum, aut dubium, aut ſcrupulus ſaltem, juxta dicta N. 21. & 23. Quia dum hæc actualis advertentia non adfuit, non eſt in noſtrâ poteſtate proximâ expellere eam ignorantiam & inconſiderationem, aut non eſt plenè ita ut ad mortale ſufficiat.

DOCTRINA
de
IGNORANTIÆ PECCATIS.

PELAGIANORUM.

I

„ OBlivio & ignorantia non ſubiacet „ peccato, quoniam non „ eveniunt ſecundum „ voluntatem, ſed ſecundum neceſſitatem. Aug. de Geſtis Pelagii. C. 18.

JESUITARUM.

I.

„ NUllum eſt peccatum formale niſi „ conſcientia hic & nunc „ judicet de malitiâ. P. Eſtrix ſupra citatus. Rationem dat Baunius, „ Non poteſt aliquid „ culpæ tribui, niſi ſit „ voluntarium; non eſt „ autem voluntarium

 niſi

,, ab eo procedat homi-
,,ne, qui sciat, videat,
,, penetret quid in eâ ac-
,, tione sit mali.

II.

,, Rogo quæ est ista ,, justitia, ut in peccato ,, tenear erroris, cuius ,, reatum non habet ,, conscientia? Nescio ,, me peccasse, & eius ,, rei quam nescio pænas ,, luo? Et quid plus fa- ,, ciam si spontè peccavero? Apud Hieronymum Lib. 1. adversus Pelag. Hieronymi autem ad præfata responsum subsequens, *Stulta imò impia sciscitatio tua in perpetuum conticescat*, æquè vel amplius convenit sciscitationi Jesuitarum.

II.

,, Potesne persuade- ,,re tibi, fieri posse, ,, ut Deus tam bonus, ,, tam justus, quem- ,, quam totâ æternitate ,, puniat, quia fecit quod ,, ex conscientiâ credidit ,, sibi faciendum? An isti ,, par ulla foret tyrannis? ,, Et si religio Christiana ,, talem nobis præbeat ,, Dei idæam, an hæc ,, non magis Deo injuri- ,, osa foret, quam ido- ,, lolatria ipsa? Sentiment de Jesuites 3. Lettre.

III.

,, Numquid & de E- ,, vangelio poteris hoc ,, probare, ut puniatur

III.

,, Conscientia circa ,, illicitum intrepida ,, excusat a peccato. Jesuitæ

„quispiam pro eo quod „nesciat, & ante pænas „luat, quam reus sit „conscientiæ ? Apud Hieron. Lib. 2. Contra Pelag. Cap. 1.

suitæ in Collegio Aquensi Thesi Anni 1689.

IV.

„Notandum est sanè „quemadmodum scrip- „tura culpare voluerit „non intelligere quod „intelligendum est, & „non meminisse quod „memoriâ retinendum est, (ecce Ignorantiam & Inadvertentiam) „quod homines suæ cul- „pæ deputari nolunt ad „nihil aliud, nisi ut mi- „nus supplicent minus- „que sint humiles Deo, „in cuius conspectu „confiteantur quod „sunt, atque impetrato „adiutorio possint esse „quod non sunt. Nam „etiam peccata ignoran- „tiæ vel negligentiæ

IV.

Sanchesium Lib. 1. C. 16. supra audivimus negantem, in moralibus idem esse, scire aut advertere, & debere scire aut advertere, nisi occurrat ad minimum mali suspicio. Eodem vero Capite. n. 39. tradit: „Rarissimum esse ca- „sum, quo aliquod „maius studium quam „humanum, nimirum „orationes, pænitentiæ, „ac peccatorum expiatio „petendo a Deo illustra- „tionem, desideretur ut „ignorantia sit invinci- „bilis: eo quod ea me- „dia solum sunt necessa- „ria quando humanis „diligen-

„ melius accusantur ut „ pereant, quam excusantur ut maneant: „ meliusque purgantur „ invocato Deo, quam „ firmantur irritato Deo. Aug. in Ps. 105. n. 7. intendens in Pelagianos, ignorantiæ peccata excusantes, & orandi necessitatem extenuantes.

„ diligentijs ea cognitio „ necessaria comparari „ nequit. Juxta Filliucium, Casus ille rarò vel nunquam accidit. Et Vasquez simpliciter negat, de tali oratione extare præceptum: ut jam supra vidimus Art 1. inter errores triplici hæresi coniunctos. Quomodo non in Doctores huiusmodi detonaret si viveret Augustinus!

V.

Tractat etiam iste (Pelagius) „ de peccatis „ ignorantiæ, & dicit: „ *Hominem prævigilare* „ *debere ne ignoret: ideoque esse culpandam ignorantiam quâ id homo* „ *nescit negligentiâ suâ,* „ *quod adhibitâ diligentiâ* „ *scire debuisset:* dum „ tamen omnia potius „ disputet, quam ut „ oret & dicat, *Da mihi*

V.

„ Nullus ex Theologis ignorat, quid universa Jesuitarum Societas, quid Catholici theologi senserint de „ ignorantiâ. Per vincibilem, crassam, & „ affectatam, tolli peccatum, sensit nullus. Apol. pro Jesuitis, Pag. 30. Non magis quam Pelagianos propter speciosa hæc verba debemus excusare

„*intellectum ut discam* „*mandata tua.* Aug. Lib. de Naturâ & gratiâ. C. 17. At quandonam Pelagiani negabant in Ignorantiâ fuisse negligentiam? Quando non adfuerat mali suspicio. Patet ex Articulo 2°. dum spontè seu verè peccare opponunt *peccato erroris, cuius reatum non habet conscientia, & nescit se peccasse.*

excusare Jesuitas, eo quod vincibilem non reputent nisi illam quam mali suspicio præcessit.

VI.

Varijs locis Augustinus improperat Pelagianis, quod per ansas & uncos & æquivoca suum errorem occultarent. Hinc Libro de Pecc. Orig. C. 21. scribit: „Ista eius verba, Ro„mam pro magnâ eius „purgatione transmissa, „tam sunt ambigua, ut „possint eorum dogma„ti præbere latibula,

VI.

Jesuitæ cum alibi multum, tum maximè hic conantur æquivocis suum errorem occultare. Hinc terminis illis *Vincibilis* & *Invincibilis* ludunt libenter, & illudunt quam plurimis: nihil se ab alijs theologis Catholicis dissonum sentire proclamantes, cum tamen ipsi innumera scelera atrocia in ignoran-

 tibus

„unde ad insidiandum „prosiliat hæreticus sen-„sus.

VII.

„Videris hominum „accusare naturam, ac „per hoc invidiam re-„ferre in Deum, si ta-„les homines condidit, „ut oblivione & igno-„rantiæ peccato carere „non possint. Hunc in modum Pelagianus adversarium impugnat, apud Hieron. Lib. 2. Contra Pelag. C. 1.

VIII.

„Hoc doleo, cur vi-„ri ecclesiastici, & qui „Magistrorum sibi u-„surpant vocabulum, „tollant liberum arbi-„trium: quo sublato „Manichæorum secta „construitur. Jta arguit Pelagianus apud Hieron. Lib.3.C.1.Contra Pelag.

tibus a crimine absol-vant.

VII.

„Potesne persuadere „tibi, fieri posse ut „Deus tam bonus, tam „justus quemqum totâ „æternitate puniat, quia „fecit quod ex consci-„entiâ credidit sibi faci-„endum? An isti par „ulla foret tyrannis? Sentiment des Jesuites Lettre. 3. Sic etiam & ipsi invidiam in Deum putant referri, nisi eorum errorem probes.

VIII.

Quam frequenter Jesuitæ hanc Pelagianorum calumniam cum altis suspirijs, & clamoribus repetant contra denuntiati erroris adversarios, lippis & tonsoribus notum est.

CON-

CONCLUSIO.

„ Non erubeſcis exploſam atque dam-
„ natam Joviniani (Pelagii, & Cæleſtii)
„ ſententiam ſequi? Et ille enim his
„ teſtimoniis tuiſque nititur argumen-
„ tis, imo tu illius inventa ſectaris, in
„ Oriente docere deſiderans, quæ olim
„ Romæ, & dudum in Africâ condem-
„ nata ſunt. Lege ergo quid illis re-
„ ſponſum ſit, & tibi reſponſum du-
„ cito: in dogmatibus enim & quæſti-
„ onibus differendis non perſona, ſed
„ cauſa quærenda eſt. Hieron. Lib. 3. contra Pelag. C. 1.

Porro Hæreſis hujus damnationem refert Auguſtinus Lib. de Geſtis Paleſt. C. 19. Cum in Synodo Dioſpolitanâ præſente Pelagio hæreſiarchâ eſſent recitata ex libro Cæleſtii quædam Capitula, & ſignanter hoc: *Oblivio & ignorantia non ſubjacent peccato, quia non ſecundum voluntatem eveniunt, ſed ſecundum neceſſitatem,* Synodus dixit: *Quid ad hæc quæ lecta ſunt Capitula dicit præſens Pelagius monachus? hæc enim reprobat S. Synodus, & ſancta Dei Catholica eccleſia.* Simul hæreſim damnat, & a Catholicâ eccleſiâ damnari teſtatur. Et ipſe Pe-

lagius eandem hæresim saltem ore damnavit, dicens: *Quæ dixi non esse mea secundum judicium S. Ecclesiæ reprobo, Anathema dicens omni contravenienti & contradicenti S. Ecclesiæ Catholicæ doctrinis.*

Fuit itaque & erit semper in Ecclesiâ Catholicâ hæresis damnata, Non dari peccata ignorantiæ. Quænam vero sint illa ignorantiæ peccata, liquet ex præmissâ Pelagianorum doctrinâ: nempè quæ committuntur sine reatûs conscientiâ, sive dum peccans peccare se nescit, de quibus disertè Augustinus Epist. 47. „ Si quis bonum putaverit esse quod „ malum est, & fecerit, hoc putando „ utique peccat, & ea sunt omnia pec- „ cata ignorantiæ, quando quisque benè „ fieri putat, quod malè fit. Quam autem peccata hujusmodi existimet esse frequentia, patet ex verbis subsequentibus Libri de Spiritu & literâ, Cap. 35. „ Quam in multis offendi- „ mus omnes, dum putamus Deo quem „ diligimus placere vel non displicere „ quod facimus, & posteà per Scriptu- „ ram eius, sive certâ & perspicuâ ra- „ tione commoniti, cum didicerimus „ quod ei non placeat, pænitendo de-

„ pre-

„ precamur ut ignoſcat! Plena humana „ vita eſt documentis talibus.

Prima Hæreſis denuntiata etiam eadem eſſe videtur cum illâ quam Julianus ad ſcripſit Manichæis, apud Auguſtinum Lib. 4. Contra Julian. C. 8. „ Mani-„ chæos dicere affirmas (verba ſunt Au-„ guſtini ad Julianum) *Siquis homicidi-„ um conſcientiâ formidante commiſerit, „ reus eſt quia timuit. Si autem aliquod „ facinus exultante perpetraverit audaciâ, „ velut credens ſe ex fide facere quod malè „ facit, evaſit culpam:* quod quidem „ nunquam audivi dicere Manichæos; „ ſed quid ad nos ſive dicant, ſive eti-„ am ipſis calumnieris, cum hoc Catho-„ lica fides non dicat quam tenemus? Quid hic aliud Manichæis imponitur, quam quod juxta ipſos conſcientia circa illicitum intrepida excuſet a peccato? & quod nullum ſit peccatum formale niſi conſcientia hic & nunc judicet de malitiâ?

R. R. Patres Pelagianam traditis hæreſim. At quam Pelagius accuſatus damnavit ſaltem ore, nec vos Eccleſiæ denuntiati damnare recuſate. Sed damnate ſincerius, ne Magiſtri Pelagii non tantum errores, verum etiam ſimulationem vos imitari oſtendatis.

Ar-

ARTICULUS VI.

Refellitur 1ma *Hæresis ex Bernardo, S. Thoma, Censuris, & Rationibus.*

§. I.

Virus Pelagianum resorbuit Abaelardus, dum dixit, Ignorantiâ nullum peccatum committi. Hic nempe unus erat ex erroribus adversus quos Gulielmus Abbas Gaufridum Carnotensem Episcopum & S. Bernardum seriò monuit, ac excitavit his verbis: *Dico vobis periculosè siletis, tam vobis quam Ecclesiæ Dei.* Itaque contra hæresim illam, eiusque Defensorem ardenter suo more insurgit Bernardus Epist. ad Hugonem de Sancto Victore. „ Verendum, inquit, ne si vel breviter non respondeatur stulto juxta stultitiam suam, „ putans fortè sapientiam, securius spargat seminarium vecordiæ in auribus „ insipientium, & ita jam insipientiæ „ eius non sit numerus. Veritatis proinde testimoniis paucis & manifestis manifestum mendacium confutetur. Is „ forsitan qui asserit non posse peccari „ per ignorantiam, nunquam pro suis igno-

„ ignorantiis deprecatur, sed potius
„ Prophetam irrideat deprecantem &
„ dicentem: *Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris.* Forsitan & reprehendet Deum exigentem pro peccato ignorantiæ satisfactionem: Loquitur enim in Levitico ad Moysen dicens: Anima si peccaverit per ignorantiam, feceritque unum ex his quæ lege Domini prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, offeret arietem immaculatum de gregibus Sacerdoti juxta mensuram æstimationemque peccati. Et rursum, Qui orabit pro eo quod nesciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in Domino. Si ignorantia nunquam peccatum est, cur dictum est in Epistolâ ad Hebræos, Quia in secundo tabernaculo semel in anno solus Pontifex intraret non sine sanguine quem offerret pro suâ & populi ignorantiâ? Si peccatum ignorantiæ nullum est, non ergo peccavit Saulus qui persecutus est Ecclesiam Dei, quoniam quidem ignorans hoc fecit, manens in incredulitate. Bene itaque faciebat quod erat blasphemus, & persecutor, & contumelio-

Ps. 24.
Levit. 4.
Hæbr. 9.
1 Tim. 1.

„ meliosus, quod erat spirans minarum
„ & cædis in discipulos Domini, in
„ hoc ipso quippe abundanter æmulator
„ existens paternarum suarum traditio-
„ num. Non ergo debuit dicere, Mi-
„ sericordiam consecutus sum, sed mer-
„ cedem recepi, quippe quem ignoran-
„ tia a peccato reddebat immunem, in-
„ super & æmulatio remunerabilem ju-
„ dicabat. Si inquam ignorantiâ nun-
„ quam peccatur, quid ergo causamur
„ adversus occisores Apostolorum, quo-
„ niam quidem non solùm malum esse
„ nescierunt interficere illos, sed insu-
„ per quoque id faciendo arbitrati sunt
„ obsequium se præstare Deo? Sed &
„ frustra Salvator in cruce pro suis ora-
„ bat crucifixoribus, quippe nescienti-
„ bus (ipso teste) quid facerent, & ita
„ nequaquam peccantibus. Neque enim
„ fas est ullatenus suspicari mentitum
„ fuisse Dominum Jesum, apertè
„ perhibentem eos ignorare quid face-
„ rent, & si forte de Apostolo dubitet
„ quis, quod carnem suam æmulans
„ sicut homo mentiri potuerit, ubi ait
1 Cor. 2. „ *Si enim cognovissent, nunquam Do-*
„ *minum gloriæ crucifixissent.* Nun-
„ quid non ex his satis apparet in quantis
jaceat

„ jaceat ignorantiæ tenebris, qui igno„ rat peccari posse interdum per igno„ rantiam? Validis profecto S. Scripturæ testimoniis, & desumptis ex illâ argumentis perniciosam hæresim expugnat Bernardus, quæ etiam ipsius Bernardi autoritati cæteroquin gravi præponderant.

§. II.

Similiter innumeris locis S. Thomas errorem hunc conficit. Vno ictu eundem perimit, dum Quodlib. 8. Art. 13. hanc regulam tradit: *Illud quod agitur contra legem semper est malum, nec excusatur per hoc quod est secundum conscientiam:* quo loco latius ibidem deducto ad minus hoc evidenter asserit, ad peccandum non requiri notitiam malitiæ, nec per hoc quempiam in actionibus per se malis, & lege naturæ vetitis ab omni peccato excusari, quod agat secundum conscientiam.

Obiecerat S. Doctor 1. 2. Q. 19. A. 6. ad 1. contra hanc doctrinam, „ Vi„ detur quod voluntas concordans rati„ oni erranti sit bona. Sicut enim vo„ luntas discordans a ratione tendit in „ id quod ratio judicat malum, ita „ voluntas concordans rationi tendit in id

„ id quod ratio judicat bonum. Sed „ voluntas discordans a ratione etiam „ errante est mala. Ergo voluntas con „ cordans etiam rationi erranti est „ bona.„ At respondet: Dicendum quod „ sicut Dionysius dicit in 4. Cap. de „ Divin. Nom. Bonum causatur ex in- „ tegrâ causâ, malum autem ex singu- „ lis defectibus, & ideo ad hoc quod „ dicatur malum id, in quod fertur vo- „ luntas, sufficit sive quod secundum „ suam naturam sit malum, sive quod „ apprehendatur ut malum. Sed ad „ hoc quod sit bonum, requiritur quod „ utroque modo sit bonum.

Quest. 94. Art. 6. Ibid. examinat, *An lex naturæ possit a corde hominis aboleri*, & ait: „ Ad legem naturalem perti- „ nent primo quidem quædam præcepta „ communissima, quæ sunt omnibus „ nota: quædam autem secundaria præ- „ cepta magis propria, quæ sunt quasi „ conclusiones propinquæ principiis. „ Quantùm ergo ad illa principia com- „ munia, lex naturalis nullo modo po- „ test a cordibus hominum deleri in uni- „ versali: deletur tamen in particulari „ operabili, secundum quod ratio im- „ peditur applicare commune princi-

pium

„ pium ad particulare operabile, propter concupiſcentiam, vel aliquam paſſionem, ut ſupra dictum eſt. Quantum vero ad alia præcepta ſecundaria, poteſt lex naturalis deleri de cordibus hominum, vel propter malas perſuaſiones, vel etiam propter pravas conſuetudines, & habitus corruptos: ſicut apud quoſdam non reputabantur latrocinia peccata, vel etiam vitia contra naturam, ut etiam Apoſtolus dicit ad Rom. 1. Hujuſmodi tamen hominum peccata nequaquam a D. Thoma excuſari, non tantum ex principiis illius, mox allegatis patet, ſed & videre eſt 2. 2. Q. 110. A. 4. Quærit illic, *An omne mendacium ſit peccatum mortale?* Et reſpondet: „ Si falſa ſignificatio ſit circa aliquid, cuius cognitio pertineat ad hominis bonum, puta quæ pertinet ad perfectionem ſcientiæ & informationem morum; tale mendacium in quantum infert damnum falſæ opinionis proximo, contrariatur charitati quantum ad dilectionem proximi, unde eſt peccatum mortale. Si vero falſa opinio, ex mendacio generata, ſit circa aliquid, de quo non referat utrum ſic vel aliter cognoſcatur, tunc ex tali mendacio

„ non damnificatur proximus: sicut si-
„ quis fallatur in aliquibus particulari-
„ bus contingentibus, ad se non perti-
„ nentibus. Vnde tale mendacium se-
„ cundum se non est peccatum mortale.

Expendite R R. Patres, 1°. Quodnam tam grave damnum, ad mortale peccatum necessarium, inferatur proximo per impositam illi circa mores opinionem falsam, si ad peccandum requiratur notitia malitiæ. 2°. Quot falsas in moralibus opiniones, & quam multis hominibus nimium credulis imposueritis, scribendo, tradendoque millenas propositiones veluti utrimque probabiles, consulendo secundum duas contradictorias quarum alterutra necessario est falsa, imo etiam consulendo secundum sententiam alienam contra vestram sententiam propriam. 3°. In quos errores prolabamini, dum a doctrinâ S. Thomæ tantum quasi ex statuto receditis, quantum eam sequi vos prima Ordinis vestri statuta obstringunt.

§. III.

Nonne ergo frontem perdiderunt Jesuitarum Apologistæ, qui errorem adeo tetrum universæ pænè Ecclesiæ audent

dent affingere? Errorem inquam illum, quem complures Illustres Ecclesiæ & Academiæ expressis censuris proscripserunt?

Parisina facultas theologica anno 1641. judicium suum adversus hujusmodi assertionem Patris Baunii protulit his verbis: „ Hæc doctrina, quatenus tra„ dit quod ad peccandum requiratur ut „ penetres, inquiras, examines, & re„ flectas ad qualitatem (ceu malitiam o„ peris) falsa est, & portam aperit ad „ excusandas excusationes in peccatis.

Theologica facultas Lovaniensis Anno 1657. instante Gandavensium Episcopo in eandem doctrinam pronuntiavit, „ Quod sit contra communia Religio„ nis Christianæ principia, & quod „ etiam immanissima peccata excuset „ cum pernicie animarum.

Non tulit infandam sententiam Ecclesia Parisina Anno 1658. sic enim Vicarii Parisienses de eâdem loquuntur in Censurâ Apologiæ Casuistarum. „ Do„ ctrina hæc est falsa, erronea, scanda„ losa, contraria Sanctæ Scripturæ, Ec„ clesiæ Patribus, & Theologiæ, quæ „ peccata ignorantiæ agnoscit. Excusa„ tiones suppeditat peccantibus ad eo-

„ rum perniciem, & Christianos ad ne-„ gligendam salutis scientiam impel-„ lit.

Non mitius in noxium errorem detonuit Synodus Senonensis eodem Anno 1658. „ Hæ propositiones, inquit, „ quatenus ex his consequens est, in-„ noxium esse quidquid per recti pravi-„ que ignorantiam fit, aut cupiditatis im-„ tum; vel nihil unquam a quoquam „ contra legem Dei per ignorantiam pec-„ cari, Scripturis, Patribus, fidelium „ precibus manifestè adversantur, & ad „ excusanda gravissima quæque scelera „ promptam defensionem suppeditant.

Synodi Diospolitanæ sententiam, & ejusdem Synodi de Ecclesiâ universâ testimonium iam supra produxi.

Quis ergo ferat, quod de hoc errore *Nullum est peccatum formale nisi conscientia hic & nunc judicet de malitiâ*, Jesuitarum Apologia præsumat asserere, *Quid hic mali? Quid hic non commune scholis omnibus theologicis, excipe Jansenianam, aut Scriptores quosdam recentiores?* Et quem non offendat, quod Erasmus van Vreede, in causâ desertionis Orphanorum in extremo fidei Catholicæ discrimine constitutorum pro immisericordibus suis Sociis

Sociis decertans, ad præfatas Censuras cum allegarentur non erubuerit respondere. 2d. Scripti Pag. 37. *Censura illa nihil nobis facessunt negotii. Pluris facimus censuram unam Ecclesiæ Catholicæ contra Jansenistas, quam mille Censuras Jansenistarum contra Doctorem aliquem Catholicum?* Hac saltem vice, RR. Patres Jansenismi umbram impudentur nimis in theatrum protruditis.

Over haere straf-vonnissen zijn wy niet verlegen. Wy agten meer een straf-vonnis van de Catholijke Kerk tegen de Jansenisten, als duyzend straf-vonnissen van de Jansenisten tegen eenig Catholijk Leraer. *Erasmus van Vreede 2. Scripti Pag.* 37.

§. IV.

Procul etiam ab hac laxitate, plurimorum criminum excusatrice, alieni fuerunt omnes illi, in quos respiciens Gerson Libro de Vitâ Spirit ait: „ Concors est sententia nullam in his quæ legis „ divinæ sunt cadere ignorantiam invincibilem.

Et quam difficilè nominis alicujus Theologos ex antiquis invenies, qui scelera naturali legi adversantia propter juris ignorantiam a peccato absolverunt, ex ipso Vasquesio licet colligere, dum in 1. 2. Q. 76. Disp. 122. Cap. 1. scribit: „ Non pauci Theologi etiam ex iis qui „ Juris divini ignorantiam invincibilem

 posse

„ posse esse affirmarunt, de ignorantiâ „ Juris naturalis rerum agendarum aliter „ docuerunt. Censent enim hujus juris „ naturalis non posse esse ignorantiam „ invincibilem, in quâ sententiâ sunt „ Alexander, Gratianus, Durandus, „ Alphonsus de Castro: Gerson etiam, „ & alii antiqui allegati Disp. 120. qui „ dixerunt, Juris divini non dari igno- „ rantiam invincibilem, intelligentes „ nomine juris divini etiam ius naturale „ Decalogi.

Quin & ipse Zanches Lib. 1. in Dec. C. 16. supra citatus fatetur, quod Jura ac Doctores æquiparent Scire, & Debere scire: passimque dicant, esse indirectè voluntariam ignorantiam & inadvertentiam, cum quis vel scivit advertitve, aut debebat scire & advertere. Corrigit quidem illos hoc modo, „ Hæc in- „ telligenda sunt quando adfuit aliqua „ actualis plena & sufficiens advertentia „ ad malitiam objecti, ejusve periculum, „ seu dubium, aut scrupulus saltem jux- „ ta dicta num. 21. & 23. Attamen confessio ejus lectori prudenti non obscurè declarat, Jura Doctoresque quondam ad peccatum non requisivisse malitiæ advertentiam.

Verum

Verum quam malè Zanches bonam communemque Jurium Doctorumque sententiam pravâ interpretatione nitatur pervertere, liquet ex hoc discursu Steijartii in Propositiones 33. „ Ut quis „ malitiam quampiam, quæ in actu com„ missa est, contrahat, non est necesse „ eum nosse istam malitiam, multòque „ minus ad eam animum reflectere; sed „ sufficit nosse potuisse ac debuisse, ut „ & Theologia & sensus communis hac„ tenus habuit. V. G. ut quis læsæ ma„ jestatis sit reus, non requiritur ut no„ verit ipse, aut animum reflectat, hunc „ esse verum Regem, contra quem pec„ cat enormiter, sed satis est illum hoc „ scire debuisse, adeoque potuisse. Alio„ quin a formali rebellione excusaretur, „ qui cæco impetu & contra omnem ra„ tionem sibi persuaderet regem non esse „ legitimum, & ita Tyranni partes se„ queretur. Quod igitur de Rege ter„ reno facilè omnes capiunt, nec quis„ quam in dubium vocare ausit, cur de „ Cælesti audemus disputare? An non, „ quod alias in simili monitum est, quia „ magis in spiritualibus quam tempora„ libus & caducis cæcutimus?

§. V.

Utque magis pateat, quam Hæresis hæc secundum quam ad peccatum non sufficit quod opus te facere scias quod verè turpe est, sed requiritur ut etiam malitiam ceu turpitudinem operis cognoscas, rationi rectæ contraria sit, notandum quod scelera plurima ex eo capite excuset, ex quo potius magis sunt accusanda. Cum peccator in profundum venit, Deique timore abjecto gravissimam peccandi consuetudinem contraxit, & venumdatus est ad faciendum malum, natum est contingere ut crimina velut aquam hauriens minus advertat se in Deum delinquere, imo nonnunquam contingit ut in reprobum sensum ac in cordis sui desideria traditus non sciat se peccare, dum præceps in malum ruit. Numquid recta ratio ejusmodi scelerum monstra præ cæteris detestatur? Testantur Bernardus de Gradibus humilitatis Cap. 20. & Augustinus cum alibi tum Enchyridii Cap. 80. testantur Scriptores profani, & quotidiana exempla, quandoque impios eousque in pejus proficere ut iam sine malitiæ advertentiâ scelera sua committant. Qui vero opera turpia sic admissa

admissa defendere cogitas, audi Augustinum Præfato Cap. 80. „ Peccata,
„ inquit, quamvis magna & horrenda,
„ cum in consuetudinem venerint, aut
„ parva aut nulla esse creduntur: usque
„ adeo ut non solum non occultanda,
„ verum etiam prædicanda ac diffamanda
„ videantur, quando sicut scriptum est,
„ *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ,*
„ *& qui iniqua gerit benedicitur.* Talis Ps. 9.
„ in divinis libris iniquitas clamor vo-
„ catur, sicut habes apud Isaiam Pro-
„ phetam de vineâ malâ, *Expectavi,* in- Isaiæ. 5.
„ quit, *ut faceret judicium, fecit autem*
„ *iniquitatem, & non justitiam sed clamo-*
„ *rem.* Vnde est & illud in Genesi:
„ *Clamor Sodomorum & Gomorræorum*
„ *multiplicatus est.* Quia iam non so-
„ lum apud eos non puniebantur
„ illa flagitia, verum etiam publi-
„ cè veluti lege frequentabantur. Ecce, peccata quæ propter consuetudinem parva vel nulla esse creduntur, imo etiam laudantur ac prædicantur, censentur ab Augustino in cælum clamare ob hoc ipsum propter quod a Jesuitis excusantur.

Præterea si non peccatur, nisi conscientia hic & nunc judicet de malitiâ,

 seque-

sequetur, Dei gratiam ejusque virtutem quodammodo minus esse efficacem ad præservandum hominem a peccatis futuris quam vitium luxuriæ per suas filias, cæcitatem mentis, inconsiderationem, præcipitationem &c. quas enumerat D. Thomas 2. 2. Q. 153. A. 5. Illæ enim maximè efficiunt ut luxuriosus sine mali advertentiâ, ac sine consilio brutali impetu feratur in voluptates. Dei gratia sæpe peccata non impedit, dum a rebelli voluntate exsufflatur. At cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, cum per eas fit ut conscientia hic & nunc de malitiâ non judicet, infallibiliter sortiuntur effectum suum, peccatumque depellunt. Numquid hæc merito diceretur gratia efficax laxiorum Jesuitarum, quæ datur ceu acquiritur ex meritis peccatorum? Quanta rerum inversio! Ad peccandum requirunt Dei gratiam, quod alias non satis libera nec ad peccandum satis instructa sit voluntas. Ad non peccandum nihil est efficacius quam effecta, filiæ, ac merita peccatorum, gratiæque subtractio.

Postremo error ille, requirens ad peccandum notitiam malitiæ, mater est tam multâ, quam malâ prole infamis:

&

& hoc ſolum ſufficit ut cum catulis ſuis demergatur. Quod Philoſophiſmi mater ſit luculentè demonſtravit Philoſophiſmi debellator ſingulis ſuis Denuntiationibus. Sed quoniam, Reverendi Patres, ad Denuntiatoris nomen exhorreſcentes, amicum Steyartium libentius ſunt audituri, juvat verba ejus proferre ex Notis in proſcriptionem Peccati Philoſophici. „ Doctrina, inquit, illa „ fundabatur in eo, quod non videatur „ aliqua malitia contrahi poſſe, niſi ab „ eo qui illam novit, imo & animum ad „ eandem reflectit. Cum igitur qui „ Deum non novit, vel de eo peccans „ non cogitat, non noverit malitiam in „ actu ſuo infinitam (nempè quæ talis eſt „ ob offenſam perſonæ infinitæ) vel ſaltem ad eam non reflectat; ſequebatur, „ malitiam infinitam a tali non contrahi, „ adeoque non eam quæ peccato mortali „ theologicè conſiderato convenit, eo „ quod Deo ſeu Legi æternæ repugnet, „ ſed ſolum Philoſophicam aliquam, „ quatenus rectæ rationi talis actus ad„ verſatur. Cum autem ab oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis validum ſit argumentum, proſtrato Philoſophiſmo corruit regula iſta, Quod

non

non contrahatur malitia nisi quam quis novit: nec stare potest, quoniam doctrinam damnatam infert ac fulcit.

Sentiment des Jesuites touchant le peché Philosophique. Lett, 1.

Recordamini R R. Patres promissionis publicæ ac solemnis, quâ protestati estis, damnare vos Philosophismum tanquam hæresim & impietatem execrandam in quibuscumque suis principiis & consequentiis. Promisistis fore, ut saltem hac unâ vice laudetur bona Jesuitarum fides, utque orbis processu vestro sincero sit contentus. Liberate ergo obstrictam fidem, damnate principium & Matrem damnatæ prolis, Matrem inquam Philosophismi tam maleficam, ut maleficia detestanda suâ turpitudine purget, utque impiis quibusdam infernum claudat, imo cælum pandat. Hanc damnate, si vultis ut vel hac vice laudetur fides vestra bona, alias minimè laudanda, neque bona, sed Jesuitarum fides dicenda.

ARTICULUS VII.

Exhibetur 2da. Hæresis conditio, fundamentum, enormitas.

§. I.

Secunda quæ denuntiatur hæresis hæc est: *Potesne persuadere tibi, fieri posse, ut Deus tam bonus, tam justus quemquam totâ æternitate puniat quia fecit quod ex conscientiâ credidit se debere facere? An isti par ulla foret tyrannis? Et si religio Christiana talem nobis præbeat Dei ideam, an hæc non magis Deo injuriosa foret quam Idololatria ipsa?* Hunc abortum fecit Mater Philosophismi, seu Prima hæresis denuntiata, eodem tempore, cum a Denuntiatore gallo redacta ad extremas angustias, & tota anxia pro fovendo tuendoque Philosophismo, carissimo illi catulo fulmina & internecionem metueret; eo tempore, inquam, hoc quod videtis monstrum ex magnâ alteratione effudit in Scripto gallico, cui titulus *Sentiment de Jesuites touchant le Peché Philosophique, Lettre* 3. „ Non loquamur amplius, „ aiunt, de Professore Divionensi: iam „ inde scripta ejus confusionis nimium „ attulere iis qui primi ea citare consul„ tum duxerunt. Sed ecce negotium „ Jesuitis majoris momenti: non solum „ privatus aliquis, sed corpus universum „ de novâ hæresi postulatur. „ Pro hac hæresi

hæresi depellenda, & pro corporis universi defensione, in Scripto quod etiam *Sententiam Jesuitarum &c.* vocant alia non minor hæresis assumitur.

Hæresis hæc, quatenus eos, qui ex conscientiæ dictamine malum agunt, a mortali peccato ac pœnis æternis immunes pronuntiat, tolerabilior est Hæresi primâ, asserente quod *nullum sit peccatum formale nisi conscientia hic & nunc judicet de malitiâ*, ac præfatos errantes ab omni peccato absolvente. Et verè eatenus non nisi Primæ hæreseos ramusculus est. Sed si attendas quam contumeliosè veritatem cui adversatur exagitet, imo blasphemet, ex illo capite eam invenies detestabiliorem. Deus secundum hanc hæresim foret tyrannus, & quidem cæteris crudelior, si hominem ex conscientiâ scelera designantem totâ æternitate puniat: & Religio Christiana si talem nobis præbeat Dei idæam foret Deo magis injuriosa, quam ipsa Idololatria. Quis non veritatis amans ad hujusmodi voces ac blasphemias exhorrescat!

Ad hanc secundam hæresim spectat propositio, desumpta ex Magno Catechismo P. Hasart Tom. 2. fol. 495. *Non possu-*

possumus Deum offendere graviter, quando sincerè & prorsus putamus non magnum malum esse quod facimus. Et hæc hæresi huic aliud quidpiam singularis enormitatis addit. Secundum hunc Catechismum non sufficit ad mortaliter peccandum notitia & advertentia malitiæ, sed requiritur notitia magnæ & mortalis malitiæ. Prima hæresis ad formale peccatum, conscientiæ hic & nunc de malitiâ judicium requirit, at eum qui scelus operatur, quod malum esse novit sed leve reputat, a crimine non liberaverat. Istud autem hæc hæresis tentat ac audet, & complura sceleratorum opera, quibus hæresis prima non subvenerat, a peccato mortali defendit.

Denuntiationis 5tæ. Pag. 112. adferuntur clarissima verba Patris Audri, Collegii Remensis Rectoris, quibus eundem errorem tradit. Quæstionem proponit, *Quanam rationis advertentia requiritur ad peccandum? Respondeo*, ait, *quod, ut mortaliter peccetur, requiratur plena & perfecta cognitio malitiæ peccati, ut mortalis.* Et qualiter juxta illum peccatum mortale non possit consistere citra *advertentiam rationis ad displicentiam Dei & ejus prohibitionem gravem*, & quam ex pro-

fesso

fesso id adstruere conetur, latius videre est loco citato.

§. II.

Vt fundamentum Catechismi Patris Hasart intelligas, oportet iterum oculos coniicere in imaginem supra ostensam, quam pro elucidatione doctrinæ suæ exhibet Catechista, ubi cæcus portat humeris claudum, nimirum cæca voluntas claudum intellectum. Putat Pater Hasart, quod intellectus mortalem malitiam non videns voluntatem cæcam ad eam non possit dirigere, adeoque quod voluntas ad malitiam illam sine alio duce non possit pervenire.

Patribus ejusmodi ut peccetur non sufficit vulgaris ad non peccandum potentia, sed requirunt potentiam undequâque expeditam, & plenam seu completam, quâ accedente ad eam solo voluntatis nutu reipsâ peccatum vitaretur: quæ profecto potentia malitiæ notitiam includit. Alias libertatem & gratiam sufficientem censent non adesse. Vide supra Pag. 7. & 8.

Diceres quod secundum principia hæc non solum æternæ pænæ ab eo, qui grave malum ex dictamine conscientiæ ope-

operatur, videantur removendæ, sed omnis planè pœna. Ac miraberis Hæresim secundam esse conceptam his verbis, *Potesne tibi persuadere, fieri posse ut Deus tam bonus, tam justus quemquam totâ æternitate puniat quia fecit quod ex conscientiâ credidit se debere facere? An isti par ulla foret tyrannis?* &c. At sciendum quod Patres illi criminum patratores, qui rectè se facere credunt, aliquando absolvant expressè non solum a peccato mortali, verum etiam a veniali. Hoc eorum Pseudo principiis de Ignorantiâ, quam invincibilem vocant, congruit; & hoc faciunt cum libet, vel opportunum videtur. Sed aliquando tanquam nimis enorme id facere perhorrescunt, excusantes a mortali, de veniali silentes. Quandoque etiam id prudentia suadet. Propositum est hæresi denuntiatæ, veritatem sibi adversantem diris insectari, ac mundo reddere execrabilem, seipsam autem tanquam speciosam commendare.

Præfati ergo scelerati hoc loco a peccato mortali erant eximendi, de veniali erat silendum, ut deo tyrannis adscriberetur, si quempiam illorum totâ æternitate puniret.

§. III.

Ad hæresis autem hujus enormitatem amplius detegendam, juvat considerare quod non solùm crimina multorum Idololatrarum, & Christianorum quorundam insignis obduratæque impietatis inferno eximat; sed etiam beneficium idem impertiatur hæreticis pertinacibus, eoque liberalius quo sunt pertinaciores. Hoc animosè facit Jesuitarum Apologista sub nomine Erasmi van Vreede in causâ desertorum pupillorum, de quâ adhuc supra mentio fuit. Ostenderat Delphensium aliquis, cum præter Catholicam Ecclesiam, fidemque salus nequeat obtineri, desertionem illam ovium deplorandam nimis & inexcusabilem esse. Ad hæc Erasmus Scripti primi Pag. 21. „ Planè dico, tenere me cum Casuistis, „ docentibus quod Deus Christianorum „ neminem flammis æternis adjudicet „ nisi ob peccatum mortale liberè & „ scienter commissum. (Hoc est commissum cum advertentiâ malitiæ, hoc enim omnes circumstantiæ, & ipse sermonis contextus testantur) „ Tenes con„ trarium? Cave ne ipse incidas in doc„ trinam ab Innocentio X. & Alexan-

dro

„ VII. damnatam tanquam hæreticam „ & blasphemam, ne ita propter pupillas „ quatuor a domo pupillorum servandas (loquitur de domo pupillorum Acatholicâ, in quâ pupilli juxta Calvini sectam educantur, & Catechismo imbuuntur qui acerbissima convitia in Catholicam religionem continet),, te ipsum „ in infernum præcipites. Et quod con„ vitia attinet, quibus fortè ex præfatis „ rudibus innocentibus aliquæ cæco ze„ lo Catholicam fidem aliquando viola„ bunt, peto an fieri non possit ut per „ hoc arbitrentur obsequium se præstare „ Deo? Tunc eos propter hoc exani„ mo existimatum Dei obsequium pec„ cati mortalis argues? Nonne blasphe„ miæ Pauli attenuatæ sunt per ignoran„ tiam ejus? An ignorantia illa blasphe„ miarum & persecutionis malitiam non „ potuit eo usque minuere, ut miseri„ ricordiam Dei ac gratiam non amit„ teret, & venialis peccati terminos non „ excederet? Si dicas quod non potue„ rit, tuum erit probare. Si dicas quod „ potuerit, Cave ergo arguas P. Ha„ sart, Aliosque. „ Agit autem de hæresi P. Hasart, modò tertio loco denuntiatâ.

Deinde considerandum, quam hic error suis Authoribus certus, sanctusque sit. Quod eum Cathechismis suis, linguâ vernaculâ impressis, inserant pro Catholicæ doctrinæ regulâ, supra notavimus. Quodque eum cum summâ fiduciâ, imo cum Adversariorum comminatione defendant, modò ante oculos videmus: & quidem in quâ causâ eum pro argumento adhibeant.

Præterea considerandum, quod Evangelii apud Ethnicos præconem explodant, qui juxta veritatem errori huic contra tiam eos argueret de gravi peccato & reatu propter homicidia, adulteria, Idololatriam, aliaque magna scelera per ignorantiam commissa. Rident ut præposteram & irriti laboris talem Evangelii prædicationem. Proinde præconem illum, ut eum ludibrio exponant, inducunt annuntiantem Infidelibus Evangelium hoc modo: „ Verum quidem „ est, Fratres, ignorabatis illa omnia „ de quibus actum est peccata esse: ni- „ hilominùs quia illa commisistis ignem „ æternum estis promeriti, & illud u- „ num est ex legis nostræ fundamentis. „ Lex crudelis, dicent illi, quæ sibi „ pareri vult priusquam cognoscitur.

Il est vray, mes freres, que vous ne sçaviez pas que tous les choses d'ont vous venez de me parler fussent des crimes. Cependant pour les avoir faites vous meri-

An

,, An credi poteſt, legem talem eſſe ve-
,, ri Dei? Excludat Deus veſter ab hæ-
,, reditate ſuâ filios omnes ſervi ingrati
,, ac rebellis: Nullos admittat niſi illius
,, generis quod in filio ſuo adoptatum
,, & baptiſmo regeneratum eſt. Nihil
,, in eo videmus injuſtitiæ, tyrannidis
,, nihil. Minetur nobis, ſi ita vis,
,, horrendiſſima ſupplicia ſi mandata ejus,
,, modo nobis illa declaraverit, non ob-
,, ſervemus. Etiam nos puniat vel æ-
,, ternùm ob actiones quibus noveramus
,, Naturæ authorem offendi. Nemo id
,, poteſt arguere: ſed quod jam inde
,, nos flammis æternis adjudicaverit
,, propter ea quæ ipſi diſplicere ignora-
,, bamus, an æqui hoc Domini eſt?
,, Et poſt hæc quis illi ſerviat? Ipſe
,, judica qualem per prædicatores hujuſ-
,, modi progreſſum faciet Evangelium.
,, Judica an hujuſmodi Evangelii prædi-
,, catio confirmabit id quod nunquam

tez le feu eternel, ce que je vous dit la eſt un de fondamens de noſtre loy. Loy cruelle, diroient ils, qui veut qu'on luy obeiſſe ſans la connoitre! eſt il croyable qu'une telle loy ſoit du vray Dieu? Que vôtre Dieu exclue de ſon heritage tous les enfans d'un ſerviteur ingrat & rebelle,

qu'il ny admette que ceux de cette race, qui auront eté adoptez en ſon fils & regenerez par le bapteme: nous comprenons qu'il n'y a nulle injuſtice, nulle tirannie en cela; qu'il nous menace ſi vous voulez de plus horribles ſupplices au cas que nous ne gardions point ſes commandemens, maintenant qu'on nous les a declarez, qu'il nous puniſſe encore, & meſme durant toute l'eternité pour les actions que nous ſcavions bien qui offenſoient l'Autheur de la nature, perſonne ne le doit trouver mauvais; mais qu'il nous ait deja condamnéz a des flammes eternelles pour des choſes

que nous ne sçavions pas luy de-plaire, cela est il d'un Maitre equitable ? Et apres cela qui voudroit le servir? Jugez Monsieur, quel progres feroit l'Evangile avec de tels predicateurs, & si cette maniere de l'annonçer confirmeroit bien çe que les Peres de l'Eglise ont toujours dit aux payens, que la loy Evangelique n'a rien qui choque les principes du bon sens. *Sentiment des Iesuites Lettre.* 3.

„ non Gentilibus dixere Ecclesiæ Patres;
„ Evangelium continere nihil, quod
„ sensûs communis principia feriat.

Aliter ergo juxta hos prædicandum est Evangelium. Nam primò excæcatæ impietatis hominibus, pertinacibus cum summâ securitate hæreticis, superstitiosis idololatris nulla videtur maliquod faciunt movenda suspicio, ne per hanc graviter peccare incipiant qui hactenus in sceleribus suis sine scrupulo fuerunt innocentes, imo virtutes exercuère quas se exercere existimabant, sive misericordiæ pejerando pro bono proximi, sive religionis litando idolis proles suas, & monstrosas libidines, & Christianorum sanguinem. Quod si libeat eos instruere, cautè agendum est, dum de adulterio, homicidio, hæresi, Idololatriâ, aliisque peccatis fit mentio: & ne Evangelium crudelitatis, & Deum non ferendæ tyrannidis jure arguant, semper addendum juxta Quinti hujus Evangelistæ prudentiam, *Potesne persuadere tibi, fieri posse, ut Deus tam bonus, tam justus quemquam totâ æternitate puniat, quia fecit quod ex conscientiâ credidit sibi esse faciendum? An isti par ulla foret tyrannis? Et si Religio Christiana talem nobis præbeat Dei Ideam,*

am, an hæc non magis Deo injuriosa foret quam Idololatria ipsa? Si respondeant impii ac infideles: fuimus, o Bone prædicator, & sumus hactenus ejusdem tecum sententiæ; Insuper circa mores & religionem nostram adeò per prædicationem tuam nulla nobis movetur mali suspicio, ut arbitremur obsequium nos præstare Deo, prædicationem tuam vel non audiendo, vel auditam contemnendo, & Religionem Christianam ludibriis, tormentis, & ignibus persequendo: Concludendum erit prædicatori: Ergo propter mores & religionem vestram nequit vos Deus damnare, & quicumque contrarium docet, affingit Deo tyrannidem cui alia nulla par, magis ipsi injuriosam quam sit idolotria ipsa. Scilicet sic prædicatum Evangelium proficiet, sic convertentur peccatores excæcati, pertinaces hæretici, insanientes idololatræ; sic sensum communem non feriet Evangelium. O felix Evangelium, nactum hoc sæculo tam sapientes præcones!

Zanchesii prædicatio huic Articulo finem imponat. „ Quod ajunt Infideles, inquit Lib. 2. in Decal. C. 1., teneri sub „ mortali audire Christianos volentes pa„cificè cum illis de verâ religione tractare,

„ intelligo tunc tantum esse verum, quando exemplo studiosæ vitæ, aut signis, „ rationibusve constituuntur dubii de „ religionis falsitate, quam profitentur. „ Dum enim nihil vident, quod saltem eos titubare faciat in suâ sectâ, „ laborant ignorantiâ invincibili, & sic a „ culpâ veræ fidei non audiendæ excusantur.... Dum infidelis sibi persuasum „ habet, suam sectam esse probabilem, „ quamvis contraria sit probabilior, teneretur utique, in articulo mortis constitutus, veram fidem, quam probabiliorem judicat, amplecti: utpote qui „ in eo articulo est constitutus, in quo „ de extremâ salute agitur, ac proinde „ partem, quam tutiorem & probabiliorem judicat, amplecti tenetur. At „ extra eum articulum non tenetur; „ quod adhuc prudenter existimet se „ posse in suâ sectâ perseverare. O defæcatissimam sapientiam, aptissimam ut non solum Ethnicorum, sed & Hæreticorum infelicem socordiam foveas, & eos ab Ecclesiâ Dei longissimè avertas!

ARTICULUS. VIII.

Exhibetur 3tia Hæresis conditio, fundamentum, & quanti apud Jesuitas sit ponderis.

§. I.

Tertia quæ denuntiatur hæresis hæc est: *Blasphemia, & sanctæ Ecclesiæ persecutio in se quidem erat peccatum mortale, sed in Paulo tantum veniale, quia ex ignorantiâ faciebat.* Non eam extraho ex Libro vel Scripto aliquo obscuriore, sed ex Majore Catechismo Patris Hasart, Tom. 2. Pag. 108.

Het blasphemeeren en vervolgen van de Heilige Kerk was in zyn zelve doodzonde, maer in Paulus maer dagelijksche, om dat hy het uyt onwetentheid deede.

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Ecce aliam prolem, tam matri similem quam Philosophismo gemellam. Solus intuitus horrorem incutit: quis audeat tractare? Hoc unum desiderabat perficienda laxitas, ut non solum inferni pœnis eximerentur sceleratorum Catholicorum, pertinacium hæreticorum, & excæcatorum Idololatrarum quam plurimi, sed etiam, quod inausum hactenus, Christi & Apostolorum persecutores, cædis spirantes, blasphemi, & contu-

tumeliosi. *Non plus ultra.*

In hæresi hac notanda sunt duo. 1. Quod sævientem in Ecclesiam Paulum a peccato mortali absolvat. 2. Quod in eo veniale peccatum agnoscat. Non possunt ergo Jesuitæ mali advertentiam negare in Paulo, nec dicere quod malè se facere ignoraverit: sed tantùm restat ut dicant, quod non satis se in Deum graviter peccare adverterit, quodque ideò a mortali peccato ac pænarum æternarum debito manserit immunis. Propterea hæresis hæc merito dicitur Philosophismi soror, qui propterea Romanæ Sedis ac orbis execrationem tulit, quod atrocia crimina, commissa ab eo qui illa rationi non autem Deo adversari sciebat, a pravitate lethali, ac pœnâ correspondente defenderet.

Præfatarum autem hæresum naturalis est filia. Si enim Deus justus neminem qui se rectè facere credidit æternùm punire possit sine detestandâ tyrannide, & Si non possumus Deum offendere graviter quando sincerè & prorsus putamus non magnum malum esse quod facimus; quomodo Paulus existimans se adversus nomen Jesu Nasareni debere multa agere, &in ignorantiâ blasphemans, peccati mortalis

talis poſſet argui? Si etiam nullum ſit peccatum formale niſi conſcientia hic & nunc judicet de malitiâ, & Si nemo plus peccat quam quatenus ſcit & novit malitiam peccati, procul dubio mortaliter non peccavit perſecutor Paulus, quin potius nec venialiter peccaſſe dicendus erit, ſi principiis ejuſmodi preſſiùs velimus inſiſtere.

Patet itaque ex quâ Matre hæc hæreſis tertia originem ducat, & quomodo ab hæreſibus antea commemoratis non propriè ſeparetur, ſed in iis contineatur. Separatim tamen a Matre exponendam & denuntiandam cenſui juſtâ de cauſâ. Hæc hæreſis circa caſum particularem verſatur, & quidem circa caſum admodum illuſtrem, adeòque palpabiliter oſtendit ad quos caſus particulares principia generaliora jam commemorata ex mente Jeſuitarum ſint applicanda. Jeſuitæ circa materiam hanc accuſati terminos *Ignorantiæ vincibilis* & *Ignorantiæ invincibilis* arripiunt, his terminis ludunt, ac ſub eorum umbrâ quantum licet deliteſcunt. Diceres eos non abſona tradere, nec ſcelera turpia in eorum ſententiâ patrocinium poſſe invenire, dum prætendunt ſe ſolum facta hujuſmodi abſol-

vere quæ per Ignorantiam invincibilem committuntur. At hac hæresi tertiâ ex latebris prodeunt, ac luce meridianâ clarius manifestant quod millenis hominum sceleribus patrocinentur, atque ideò hæresis hæc, Matris suæ, seu principiorum generaliorum, ex quibus profluit turpitudinem clarius revelans, singulariter, & non tantum in Matre exponenda & accusanda est.

§. II.

Fundari hanc hæresim in Jesuitarum Pseudo principiis, secundum quæ *nemo plus peccat quam quatenus scit ac novit malitiam peccati*, nunc notavimus. Juvat tamen audire Jesuitarum professorem Lovaniensem P. de Reux, si non hanc ipsam hæresim docentem, ac fundamentis præfatis superædificantem, certè affinia illi dogmatisantem. Proposuerat Jesuitæ Eximius Martinus Steyartius inter alias has veritates.

Potest fieri ut quis peccet peccato vero, formali, & theologico, etsi firmiter ac sine dubitatione judicet se rectè facere:

Imo etsi eâdem firmitudine judicet se teneri ita facere, adeo ut peccaturus esset ni faceret.

Prô

Pro exemplis has veritates illustrantibus subjunxerat : „ Crucifigentes Chri-
„ stum nescierunt, (vel fingamus ne-
„ scisse) peccare se crucifigendo illum.
„ Occidentes Stephanum & alios disci-
„ pulos arbitrabantur obsequium se præ-
„ stare Deo. Imo Paulus existimabat se
„ adversus nomen Jesu Nasareni debere
„ multa contraria agere.

Quid ad hæc P. De Reux ? Ad veritates exclamat, „ Durus est hic ser-
„ mo & terrore plenus. Quid ad exempla ? „ Interfectores, inquit, isti
„ Apostolorum & Discipulorum ultro
„ clauserant mentis oculos ad illa signa,
„ quæ & Christi dignitatem manifesta-
„ bant ; & servorum ejus innocentiam.
„ Considerabant unicè quæ ab odio,
„ rabie, invidiâ suggerebantur : fren-
„ debant nimirum quia totus mundus
„ post eum abiit, ut notat Augustinus
„ Tract. 93. in Joannem. In Apostolo
„ quoque aliquam in dispiciendis soler-
„ ter, ut poterat, omnibus negligen-
„ tiam & juvenilem impetum agnove-
„ runt Viri magni, ejusque peccata Hip-
„ ponensi phrasi & peccata vocant &
„ pœnas peccati. „ Vides unde petat totam malitiam blasphemiæ & persecutio-

nis

nis in Apostolo: Nimirum quod Paulus juvenili impetu raptus non satis solerter omnia dispexerit. Ecce fundamentum hæresis Hasartianæ, veniale peccatum sed nil gravius Paulo adscribentis.

Unde non immeritò contra hanc responsionem Steyartius Reflexione, 7ᵐᵃ.
„ Nempè vult eos antè peccasse clausione
„ istâ oculorum, at postea nihil novi
„ mali designasse, cum Discipulos inter-
„ fecerunt. Alius proinde unum disci-
„ pulorum, alius mille interfecisset,
„ alius nullum, peccarunt omnes æ-
„ qualiter clausione oculorum. Pau-
„ lus quoque peccavit, sed demum
„ juvenili impetu, & negligentiâ a-
„ liquâ in dispiciendis solerter, ut
„ poterat, omnibus. Cæterùm quod
„ persecutus sit Ecclesiam Dei, quod
„ vinctos duxerit quos poterat hujus vitæ
„ viros ac mulieres, id nihil ad juvenilem
„ illum impetum & negligentiam quan-
„ dam, quâ prius fortè leviusculè pec-
„ caverat, adjecit. Peccavit in iis quæ
„ sciebat, juvenili nempe se impetu malè
„ rapi, & negligentiâ quâdam non bo-
„ nâ torpere, sed in iis quæ inde igno-
„ ravit nihilum deliquit. Misericor-
„ diam consecutus est quia ignorans fe-

cit,

„ cit, sed non de iis quæ ignorans fe-
„ cerat. Et hæc quidem peccata vo-
„ cari poterant, sed phrasi ut ait Hip-
„ ponensi quia pænæ peccati.

§. III.

Quanti autem hæresis hæc apud Jesuitas sit ponderis, hinc patescit, quod eam non in angulis scholarum suarum, nec in Casuistarum libris sinant delitescere, sed in Catechismos transferant. Non infimi nominis apud Jesuitas, eorumque sectatores est Catechismus Patris Hasart. Titulus ejus magnificus his verbis exprimitur: *Triumphus Christianæ doctrinæ, sive Catechismus major cum amplâ declaratione omnium præcipuarum partium ejus, & cum brevi refutatione Catechismi Calvinistarum, conscriptus per Rev. Patrem Cornelium Hasart, Societatis Jesu Presbyterum.*

Catechismo huic præfigitur Approbatio Provincialis in Provinciâ belgicâ, propriâ ejus manu signatâ, & sigillo officii confirmatâ, testantis simul Catechismum hunc a Societatis theologis fuisse examinatum & probatum. Ludovici de Camargo.

Linguâ editur belgicâ non solùm per Brabantiam, verum etiam per Hollandiam

diam vulgandus, tanquam expresso titulo ad hæreticos revincendos compositus.

Dedicatur Antwerpiensium Episcopo Joanni Ferdinando van Beugem, tanquam liber nulli aptius quam Episcopo dedicandus, utpote ex quo Catechistæ & Concionatores queant haurire quod populo propinent. „ Cui, inquit, „ aptius hunc meum librum potui dedicare, quam Episcopo, Episcopo in-„ quam cujus Diæcesis usque in Hol-„ landiæ fines inter Sectarios extendi-„ tur? Hoc namque libro in unum con-„ cluditur omne quod ex sacræ Synodi „ Tridentinæ sententiâ necessarium, ac „ populo ex ejusdem Synodi præcepto „ per Episcopos est procurandum. Hic „ habes omnia fidei fundamenta pro Ca-„ techistis quibus pueros instruant. Hic „ invenient Prædicatores quidquid ad „ salutem necessarium est ad docendos „ adultos. „ Nescio etiam an modestiæ satis congruat, quod in eâdem Dedicationis epistolâ Episcopum laudet propter diligentiam quâ sæpe etiam hyeme & inopportuno vespere ad instructiones ejus audiendas accessit. Sed istud ad rem nostram non pertinet.

Nec

Nec frustra librum suum adeo laudavit Hasartius. Versant eum manibus Pastores & Catechistæ multi; & si quos de plebe reperiant Jesuitæ scientiæ Christianæ magis cupidos, & ad librorum lectionem non pigros, Catechismum illis Hasartianum commendant.

Nec præterire licet Approbationem Antonii Hoefflag, Librorum Censoris & Canonici Antwerpiensis, subjunctam Approbationi Patris Provincialis, qui Catechismo huic testimonium perhibet in hunc modum: „ Liber cui titulus, „ Triumphus &c. magnis rationibus lu- „ cem meretur, quandoquidem piè „ doctèque contineat quod titulus præ- „ fert. Proinde optandum foret, ut „ hoc opus pariter cum alio opere cui „ titulus, *Triumphus veræ Ecclesiæ* &c. „ conscripto per Patrem præfatum cum „ attentione legeretur ab omnibus etiam „ Sectariis. Quia sicut hinc Catholici in „ doctrinâ Christianâ firmantur, ita alii „ de suis erroribus planè convincuntur. „ Hoc est post debitum examen judici- „ um meum.

Quod Catechismum eundem in Ecclesiâ populo incipiant prælegere, jam suprà notavi.

Quis ad talem librum non securus accedat? Quis alia illic dogmata se credat lecturum, quam solidas Religionis Catholicæ veritates? Et quem indoctorum non in errorem inducant hæreses, in libro tam specioso propositæ?

Observatione quoque dignum est, Quod hæresis hæc non ex inconsiderantiâ in Catechismum irrepserit, cum ipsa principia & fundamenta hæreseos etiam contineat: Quod solus casus sævientis ac blasphemantis Pauli ibi pro exemplo ponatur peccati, quod veniale est ratione ignorantiæ, quasi nullum aliud exemplum manifestius aut magis indubitatum occurreret: Quodque, uti jam dictum est, eandem doctrinam, ex hoc Catechismo citatam defenderint Jesuitæ, sub nomine Erasmi van Vreede se ipsos circa Orphanorum desertionem defendere tentantes.

Profectò ex dictis abundè liquet, quam doctrina hæc monstrosa Jesuitis nostris sit indubitata ac sancta.

ARTI-

ARTICULUS IX.

Secundum principia hujus 3tiæ hæresis hæreticos passim non peccare mortaliter.

Quanta Ecclesiæ mala intulerit Paulus, quibus miraculis ætate ejus veritatem Deus illustraverit, & cujus eruditionis præterea fuerit, ex Sacris literis possumus colligere. *Saulus*, uti legimus Act. 9. *adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini, accessit ad Principem sacerdotum & petiit ab eo epistolas in Damascum ad Synagogas, ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem.* Et Cap. 8. *Devastabat Ecclesiam per domos intrans, & trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam.* Nulli parcebat sexui, nec Judææ termini Sauli furorem continuerunt. Unde Cap. 26. de seipso ait, *Existimaveram me adversus nomen Jesu Nazareni debere multa contraria agere, quod & feci Jerosolymis, & multos Sanctorum in carceribus inclusi, a Principibus sacerdotum potestate acceptâ, & cum occiderentur detuli sententiam, & per omnes Synagogas frequen-*

ter puniens eos compellebam blasphemare, & amplius insaniens in eos persequebar usque in exteras civitates. Publicam edit peccatorum confessionem in laudem gratiæ Dei.

Miracula Christi ; cui coævus fuit Paulus , teste Baronio ad Annum 36. tantum uno anno Christo junior, per omnem Judæam fama celebrabat. Quin ex illis plura potuit vidisse ipse Paulus. Suscitatio Lasari post mortem quatriduanam notissima erat toti Jerosolymæ. Dixerunt attoniti Pontifices & Pharisæi Ioannis XI. *Quid facimus? Hic homo multa signa facit*; & Jesum cum Lasaro e medio tollere decreverunt. Solem in Christi morte obscuratum , & velum templi scissum a summo usque deorsum, referunt Evangelistæ. Potuitne hæc ignorare Paulus? Et quis eum credat latuisse, quomodo claudum ab utero matris ad portam templi sanaverit Petrus Act 4. Judæi *hominem videntes qui curatus fuerat nihil poterant contradicere.. & conferebant ad invicem dicentes, Quid faciemus hominibus istis? Quoniam quidem notum signum factum est per eos omnibus habitantibus Jerusalem : manifestum est, & non possumus negare.* Quot signa & pro-

prodigia non vidit in Stephano, cujus etiam faciem, dum damnaretur, omnes qui erant in concilio viderunt tanquam faciem Angeli, cum ſapientiæ & Spiritui qui loquebatur non poſſent reſiſtere? Et tot inter prodigia Chriſti, ac Apoſtolorum ejus, teſtimonium veritati perhibentium voces reſonabant.

Et ne ineruditum, vel mente hebetem fuiſſe cenſeas Paulum, audi ipſum ad populum ſuum perorantem Act. 22. *Viri,* inquit, *Fratres, & Patres audite quam ad vos nunc reddo rationem. Ego ſum vir Judæus, natus in Tarſo Ciliciæ, nutritus autem in iſtâ civitate* (Jeroſolymâ) *ſecus pedes Gamaliel, eruditus juxta veritatem paternæ legis, æmulator legis &c.* Et ad Gal. 1. *Proficiebam in Judaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum.*

Expende ergo, an Jeſuitæ qui Pauli adeo eruditi, ac tot Miraculorum teſtis oculati vel auriti, incredulitatem & in Eccleſiam furorem abſolvunt a crimine, non pariter cogantur ad infidelitatem & hæreſim innumerorum hæreticorum modernorum a peccato mortali defendendam.

Paucos, & fortè nullos hodie inter hæreticos invenias, qui tanto in Catholicos odio exardescant, & qui Discipulos Domini solius fidei causâ ad necem quærant. Miracula quoque hodie rarescunt, & siqua etiamnum edat divina omnipotentia, non ea tam Authenticis ac irrefragabilibus testibus adstruuntur, quam mox commemorata. Nec modicùm miraculorum verorum, cum obscuriora sunt, fidem apud exteros labefactat complurium falsorum pro veris divulgatio. Et quam paucos queas Paulo sagacissimo & doctissimo comparare, si legis peritiam spectes? His adde, quod multa hodie Ecclesiæ decorem obnubilent coram oculis Acatholicorum. Quousque Ecclesiam propter turpia multorum Casuistarum dogmata vituperent Hæretici, imo quod & ipsos Catholicos ad ejusdem, in quâ tam turpia impune traduntur, desertionem audeant invitare, ex Provinciis adiacentibus accipimus. Nec id novum esse, patet ex Parochorum Parisinorum querelis publicis adversus Jesuitas. „ Juvat exponere, ajunt Scripto 5. „ in quem statum Ecclesiam „ redegerint Jesuitæ. Fecerunt illam „contemptibilem & horrendam hæreticis, illam

„ illam inquam, cujus sanctitas ac splen-
„ dor omnes populos ad venerationem
„ ac amorem deberet provocare. Pos-
„ set Ecclesia dicere his Patribus quod
„ quondam dixit Jacob filiis crudelibus:
„ *Odiosum fecistis me Chananæis & Phere-* Gen. 34.
„ *sæis habitatoribus terræ hujus:* vel quod
„ apud Prophetas Deus detonuit in Sy-
„ nagogam rebellem: Implestis terram
„ abominationibus vestris, & nomen Ezech. 36.
„ sanctum meum polluistis in gentibus ad
„ quas intrastis, cum diceretur, Popu-
„ lus Domini iste est, & de terrâ ejus
„ egressi sunt. Sic de nobis loquuntur
„ hæretici, cum horrendam illam mo-
„ rum doctrinam quæ cor Ecclesiæ
„ affligit conspicientes, non sine aug-
„ mento doloris ejus quotidie ingemi-
„ nant, Ecce doctrinam Ecclesiæ Ro-
„ manæ, & qualia Catholici omnes sen-
„ tiant, quod summa cum injuriâ de
„ Ecclesiâ effutiunt. „ Et Paulò infra:
„ Citra dubium est, Catholicorum
„ multos perire sub perniciosâ directione
„ horum Patrum, dum existimant Vi-
„ ros Religiosos quos Ecclesia tolerat
„ non nisi conformia menti Ecclesiæ
„ sentire. Nec pauciores ex hæreticis
„ pereunt propter eandem doctrinam

„ moralem, quæ illos in schismate ob-
„ firmat, dum credunt quod non redeundum sit ad Ecclesiam, ubi dogmata
„ in tantum ab evangelicâ puritate aliena palam proponuntur. Mala hæc
„ omnia Jesuitis sunt imputanda, &
„ duplex solùm illis superest remedium:
„ nimirum Reformatio Societatis, aut
„ Propalatio Societatis. Utinam ipsi
„ eligant remedium prius! Nos primi
„ conversionem eorum tanto studio predicaremus, ut in totius mundi ædificationem vergeret. Sed quam diu
„ pertinaciter manebunt opprobrium &
„ scandalum Ecclesiæ, non aliud restat
„ nisi ut corruptionem illorum taliter
„ publicemus, ut nemo possit falli, utque innotescat quod solum in Ecclesiâ tolerentur ut corrigantur: atque
„ adeò non ultra seducantur Catholici,
„ nec a nobis alienentur hæretici. „ Pastores Clarissimi, quorum zelus Sedis Apostolicæ opem adversus laxiores Casuistas, ac Defensores eorum non frustra imploravit, & quibus Pirotiorum, Amadæorum Guimeniorum, Stubrokiorum, Fabrorum &c. proscriptionem debet orbis, testantur Quomodo nunc temporis obscuratum sit aurum, & color

lor optimus Ecclesiæ mutatus.

Numquid igitur absurdus esset, qui Saulum sagacissimum, tot inter miracula tam crudeliter in Christianos sævientem mortaliter non peccasse sentiret, & tamen peccati mortalis vellet arguere hæresim modernorum Lutheranorum vel Calvinistarum, Mennonistarum vel Arminianorum, &c. qui hæresi suæ absque scrupulo meliora nescientes indormiscunt? Si ignorantia Paulum excusavit, cur non & illos qui Catholicos pacificè tolerant, vel saltem illos blasphemare non compellunt?

Non possunt, nec fortè tentabunt consequentiam negare Jesuitæ. Certè non negabunt illi, qui in vicinâ Hollandiâ de Orphanis ab hæreticâ educatione præservandis parum solliciti, reprehensori, periculum talium Orphanorum illis exhibenti, non verentur respondere:
„ Quod convitia attinet, quibus fortè
„ aliqui ex præfatis rudibus innocenti- Jesuitæ sub nomine Erasmi van Vreede Scripti Imi. Pag. 21.
„ bus cæco zelo fidem Catholicam ali-
„ quando violabunt, peto, an fieri non pos-
„ sit ut per hoc arbitrentur se obsequi-
„ um præstare Deo? Tunc eos propter
„ hoc ex animo existimatum Dei obse-
„ quium peccati mortalis argues? Nonne

 blas-

„ blaſphemiæ Pauli attenuatæ ſunt per „ ignorantiam ejus? An ignorantia illa „ blaſphemiarum & perſecutionis mali- „ tiam non potuit eo uſque minuere ut „ miſericordiam Dei ac gratiam non „ amitteret, & venialis peccati terminos „ non excederet? Ecce quomodo a Paulo pro aliis hæreticis, Catholicam veritatem blaſphemantibus, argumentum ducant. Et his conſonant ſequentia. Ibidem Pag. 31. „ Pauperes pupilli qui „ educantur in Religione Reformatâ „ patiuntur aliquod ſalutis periculum, „ ſcilicet cum melius ſcientes in hæreſim „ inciderent, vel in peccatum mortale „ lapſi non uterentur juſtificationis me- „ diis ſic ut oportet. Nonne ſubindi- dat, quod ſalutis periculum non patiantur, cum non melius ſcientes in hæreſim incidunt, & in mortale peccatum non labuntur, vel cum in illud lapſi utuntur juſtificationis mediis ſicut oportet? Ultro ergo Jeſuitæ incipiunt hujuſmodi hæreticos a mortali peccato eximere.

Nec patet quâ ratione ipſos Heterodoxorum Præpoſitos ſeu Miniſtros, in reatu criminis queant relinquere, etiam illis non exceptis qui e Cathedris peſti-

lentiæ

lentiæ gravissimè in Ecclesiam ferociunt. Non enim rarò & ipsi se Deo obsequium præstare credunt, cum suos Sectæ suæ firmius agglutinant, & cum Catholicorum aliquos suæ communioni acquirunt. Nec oberit si dicas, Illi docti sunt, & scientiam Scripturarum Ecclesiæ testimonium perhibentium profitentur. Etenim & Paulum doctrinâ & legis notitiâ excelluisse, supra probavimus.

Nova quidem hæc sunt, & auribus verè Catholicis horrenda; attamen hucusque ex Jesuitarum Pseudoprincipiis consequentiæ filum rectè ducitur:. Nec novum est, quod tradant nobis Jesuitæ quæ nec a Domino, nec a Majoribus acceperunt.

ARTICULUS X.

Eâdem ratione, quâ a mortali peccato excusantur blasphemia & persecutiones Pauli, pariter excusari posse crudelissimas fidei & Ecclesiæ persecutiones, in Tyrannis gentilibus, aliisque.

Non solum Jesuitarum principia præfatis

satis hæreticis defensionem suppeditant, verum etiam Tyrannorum crudelissimis, aliisque Ecclesiæ osoribus & persecutoribus. Quæ unquam persecutio non furoris causam secum attulit, per quam injustitiæ notam a se amoveret? Ipsa innocentia Christus damnatus est ut legis & templi eversor, seditiosus, blasphemus. Qui zelo hæreseos suæ, aut Idololatriæ, Apostolos, Aliosve peremerunt, arbitrati sunt obsequium se præstare Deo vel Diis suis. Et siquidem malè se agere non magis adverterunt quam Paulus, non liquet quare non cum Paulo a Peccato mortali sint excusandi.

Non graviter ergo peccarunt Judæi, Act. 13. qui concitaverunt mulieres religiosas (nimirum zelo religionis) & honestas, & primos civitatis, & excitaverunt persecutionem in Paulum & Barnabam, & ejecerunt eos de finibus suis: Nec etiam graviter peccarunt mulieres illæ, in Paulum ac Barnabam concitatæ, & sub pietatis specie in illos furentes.

Eodem jure purgabuntur Philippenses, qui apprehensum Paulum & Barnabam offerentes Magistratui dixerunt, „Hi ho-

Act. 16.

„homines conturbant civitatem noſtram, „ cum ſint Judæi, & annuntiant morem „ QUEM NON LICET NOBIS SUSCIPERE „ cum ſimus Romani: „ ad quorum poſtulationem Apoſtoli illi virgis ſunt cæſi, & poſt multas plagas in carcerem miſſi. Quis probabit, non egiſſe eos quod ex conſcientiâ credebant faciendum?

Malitiam criminis ſui etiam ignorarunt Epheſii, dum perſecutionem in Paulum excitarunt pro cultu Magnæ Dianæ: Act. 19. ſcilicet, quia Paulus non tantum Epheſo, ſed & toti Aſiæ ſuadebat, non eſſe Deos qui manibus fiunt, quo certô Magnæ Dianæ templum in nihilum reputaretur, ſed & deſtrui inciperet majeſtas ejus quam tota Aſia & orbis colebat. Tanto agebantur zelo, ut vox una facta ſit omnium, per duas horas clamantium, Magna Diana Epheſiorum.

Et quid dicemus de Judæis, qui plures quam quadraginta æmulatione legis ſe devoverunt, nihil guſtaturos donec occiderent Paulum; qui etiam votum ſuum tanquam religioſum Principibus Sacerdotum & Senioribus a quibus probaretur declararunt? Quod viri hi propoſiti ſui mortalem malitiam cognoverint,

verint ; non est verosimile.

Nec hoc ipsum verosimile est de plerisque persecutoribus, sub quibus tria prima Ecclesiæ sæcula tam copioso Christianorum sanguine rubuerunt. Immanes Tyranni quandoque Martyres tanquam gratissimas hostias immolarunt Idolis suis, magnâ ut putabant religione, & irâ justissimâ. Unam persecutionem insignem exhibere libet ex Tertulliano, cujus ille testis oculatus, & in Apologetico impugnator. „ Crucibus, inquit, „ & stipitibus imponitis Christi-
Cap. 12. „ anos, ungulis deraditis latera Christi-
„ anorum, cervices ponimus ante plum-
„ bum, & glutinum, & gomphos, ad
„ bestias impellimur, ignibus urimur,
„ in metalla damnamur, in insulas rele-
„ gamur.... Sed hoc agite, Boni Præ-
Cap. 49. „ sides, *meliores multo apud populum si*
„ *illis Christianos immolaveritis.* Cruciate,
„ torquête, damnate, atterite nos.
„ Nec quidquam tamen proficit exqui-
„ sitior quæque crudelitas vestra, ille-
„ cebra est magis sectæ. Plures effici-
„ mur quoties metimur a vobis, semen
„ est sanguis Christianorum.... Exter-
Cap. 37. „ ni sumus, & vestra omnia implevi-
„ mus, urbes, insulas, castella, muni-
cipia,

„ cipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatium, ſenatum, fo-„ rum: ſola vobis relinquimus templa. Ecce laudi ducebatur Chriſtianos trucidare.

Nec ſilet cur malè adeo de Chriſtianis ſentirent. „ Chriſtianum, inquit, „ hominem omnium ſcelerum reum, Cap. 7.
„ Deorum, Imperatorum, legum, mo-„ rum, naturæ totius inimicum exiſti-„ mas. Dicimur ſceleratiſſimi de ſacra-„ mento infanticidii, & pabulo inde, „ & poſt convivium inceſto.... Deos „ inquitis non colitis, & pro impera-„ toribus ſacrificia non impenditis, ita- Cap. 10.
„ que ſacrilegii, & majeſtatis rei conve-„ nimur.

Teſtatur Auguſtinus & ſuis & præcedentibus temporibus nihil fuiſſe antiquius Chriſtianæ religionis hoſtibus, quam huic mala omnia temporalia quæ patiebantur imputare. Id ſæpius apud Auguſtinum legimus, & pro hac calumniâ refellendâ ſcripſit totum Librum primum de Civitate Dei, ut fatetur Lib. 2. Cap. 2. „ Superiore, ait, libro, cum „ de Civitate Dei dicere inſtituiſſem, „ occurrit mihi reſpondendum eſſe pri-„ mitus eis, qui hæc bella quibus mundus

,, dus iste conteritur, maximèque Romæ urbis recentem a Barbaris vastationem Christianæ religioni tribuunt, quâ prohibentur nefandis sacrificiis servire Dæmonibus; cum potius hoc deberent tribuere Christo, quod propter ejus nomen, contra institutum moremque bellorum, eis quo confugerent religiosa & amplissima loca Barbari libera præbuerunt &c.,, Et Cap. 3. meminit vulgatis proverbii quod ortum erat, *Pluvia desit, causa Christiani.* Non ergo defuerunt hujusmodi persecutoribus causæ, ut putabant justæ, & conscientiam fortiter adversus Christianos impellentes.

Merito dices, quod prudentius debuerint dispicere de Sectâ cui adhærebant, & de criminibus quæ falso de Christianis credebant; attamen grave illos malum advertisse in Christianorum persecutione, vel in prudentiæ omissione, quibus argumentis probabis? Quâ igitur ratione Jesuitæ, cædis ac minarum spirantem Saulum absolventes, præfatos persecutores peccati mortalis convincent.

Et ne antiqua solum, nihil recens adferamus, Si Paulus blasphemiis & persecutionibus suis non peccavit mortaliter,

ter, quis ſuſpicari auſit plus quam venialiter peccaſſe Patrem de la Chaiſe, dum non ita pridem miſit literas exilii (gallicè vocant *Lettre de Cachet*) ad Ægidium Romanum, plus quam trecentis annis mortuum & ex hoc mundo exulem, ſeu potius ſuæ patriæ redditum: virum ex nobili familiâ Columnenſium, Ordinis S. Auguſtini Priorem generalem, ac poſtea Archi-Epiſcopum Bituricenſem, Sancti Thomæ auditorem, & doctrinæ ejus Bellarmino teſte defenſorem acerrimum. Rem paucis accipe, Gallis non ignotam. Monaſterium eſt Ordinis S. Auguſtini. Hic genuini tanti Patris filii inconcuſſa tutiſſimaque dogmata SS. Auguſtini & Thomæ fideliter, zeloſè, conſtanter tuebantur, etiam in iis materiis in quibus Molina lynceis oculis viderat longius, quam Auguſtinus oculis ſenio caligantibus. Poſt Auguſtinum & Thomam plurimùm in ſcholâ ſequebantur ſuum Ægidium Romanum. Denuntiatur hoc crimen Patri De la Chaiſe. Mox ille: Compeſcam inſolentes, ſeditioſos, pacis fideique hoſtes. Reponit alter: Nequicquam compeſces quam diu dominabitur illic frater Ægidius. (*Frere Gilles*). Equidem compe-

scam, inquit P. De la Chaise, Ego isti Fratri Ægidio obiiciam ex meo jure canonico argumentum cui solvendo non erit. Expediuntur, signantur, mittuntur literæ Fratri Ægidio: (*Lettre de Cachet*) ac brevi illæ per Regis ministrum volant ad monasterium Augustinianorum; Admissus intra fores nuntius citat Fratrem Ægidium. At portarius, Ignosce Domine, Nullus hic Frater Ægidius. Est vero certissimè, ait nuntius. Sed iterum portarius, Quæso Domine ignosce, Omnes novi, sed nullum Fratrem Ægidium. Succensens alter: Itane, sic suboletis quæ fero nuntia. Vocetur Pater Prior. Vocatus adest. Tunc ille, Rev. Pater, ex parte Regis literas habeo ad Fratrem vestrum Ægidium, vocetur. Prior, mandàta Regis, inquit, quâ par est reverentiâ suscipio & exosculor, sed Fratrem Ægidium nullum habemus. Habetis, inquit nuntius, sine morâ vocetur Frater Ægidius. Cum autem Prior Fratrem Ægidium qui non erat exhibere non posset, ad minas venitur: Quid? Et Regi rebellis eris? Mox vocabis, vel... Tunc Prior adjuratus per nomen Regis humillimè se excusat, & enixè rogat aliqua indicia pro cognoscendo Fratre Ægidio.

dio. Respondet, esse eum qui in monasterio docet doctrinam pessimam, quem tota illic schola sequitur, caput & magistrum hæreseos. Cœpit Prior cogitare de Ægidio Romano, & post plura certò didicit eum esse qui petebabatur ad exilium a P. De la Chaise, sed mortuum plus quam trecentis annis.

Spectatum admissi risum teneatis amici. Redit nuntius, ac gesta refert P. De la Chaise, nempè Fratrem Ægidium jam diu & procul hinc exulasse. Et hæc quidem historia Aulicis, Episcopis, Aliisque jucundis discursibus materiam præbuit.

Quis cogitare audeat, Patrem De la Chaise fatales has literas non ex conscientiæ suæ dictamine misisse? Quis credat eum in zelo suo nimium præcipite gravem malitiam cognovisse? Zelo inquam, quo minor est Gallia, quo Romam usque & in Illustri Columnensium familiâ, & usque ad inferos errorem persequitur? Certè si Pauli delictum solum fuit veniale propter insufficientem malitiæ advertentiam, nihil huic Patri in casu præfato, aliisve similibus innocentum, at sociis suis adversantium proscriptionibus a peccato mortali metuendum.

ARTICULUS. XI.

An satis abhorreat hæc Jesuitarum doctrina ab errore hæreticorum, cujusvis ferè fidei sectatoribus salutem promittentium.

Hæreticorum hodie quam plurimi cælum latè pandunt quibuscumque ferè Sectis, modo Christum credant, & paucos articulos quos ipsi fundamentales vocant, licet errent in cæteris, etiam adeo pertinaciter, ut neque per verbi divini oracula, neque per solemnes Ecclesiæ definitiones queant flecti. Hac viâ juxta multos Calvinistas in cælum admittuntur Lutherani & Arminiani, Mennonistæ & Quakeriani, imo & Catholici qui expositionem fidei per Episcopum Condomensem sincerè amplectuntur: quos etiam purgatiores Catholicos vel Semi-Catholicos vocant, eo quod aliorum errores universæ Ecclesiæ damnabili temeritate imputent.

Nemo cordatus Catholicus hanc libertatem, & pro fide religioneque indifferentiam non perhorrescit. Nec tamen verosimile est hæreticos tam laxè sentire de

de aliis, quam qui errores suos pro veritate amant, nec contra conſcientiam eoſdem profitentur. Sed expende, an libertatem minorem, & non potius majorem concedant Jeſuitarum dogmata modo denuntiata, ſecundum quæ Nemo plus peccat quam quatenus ſcit & novit malitiam peccati, Deus crudeliſſimus foret tyrannus ſi quem æternùm puniat qui fecit quod ex conſcientiâ credidit faciendum, & Blaſphemus acerrimusque fidelium perſecutor Saulus mortaliter non peccavit.

An hæc dogmata non procul ſuperent præfatam hæreticorum ſententiam, judica ex ſequentibus.

I. Illi fidem in Chriſtum Salvatorem requirunt, nec excuſant cæcam pertinaciam Judæorum. Jeſuitæ a noxâ lethali eximunt Saulum, Jeſum blaſphemantem.

2. Illi non excuſant a gravi peccato ejuſmodi in errore pertinaciam, quæ ne quidem Chriſti & Apoſtolorum prædicatione, nec irrefragabilibus miraculis frangitur. Hujuſmodi homines in Saulo abſolvit magnus Jeſuitarum Catechiſmus.

3. Illi non excuſant a crimine veræ

fidei supra modum persecutores, minarum & cædis spirantes, ac fideles ad blasphemandum Jesum per tormenta compellentes. Hos iterum in Saulo pronuntiat a crimine liberos idem Catechismus.

4. Juxta Jesuitarum sententias de Ignorantiâ, omnis ferè generis scelera in quibusdam casibus citra ullum peccatum possunt perpetrari; puta adulteria, libidines in corpus proprium contumeliosæ, stupra virorum ac mulierum quæ erant sacrificia Veneris, Bacchi, & Priapi, parricidia prolium quas parentes idolis litabant, aliaque innumera. Ubinam taliter sentiunt hæretici?

5. Tyrannidem in Deo fore maximam, & Idololatriâ detestabiliorem, si hominem ex conscientiæ dictamine turpia operantem, æternùm puniret, non dicunt hæretici. Hoc rursus audent Jesuitæ.

6. Idololatram, dum nihil videt quod eum in Sectâ suâ faciat titubare, veræ fidei præcones ne quidem audire volentem, non excusabunt hæretici. Hunc excusant a culpâ Jesuitæ. Vide supra Pag. 11.

7. Quod infidelis, dum persuasum habet suam sectam esse probabilem, quamvis

vis contraria sit probabilior, extra mortis articulum non teneatur amplecti probabiliorem ac tutiorem, nusquam quod sciam delirant hæretici. Antecellunt iterum hæreticos in hoc puncto Jesuitæ. Zanches. Lib. 2. C. 1. n. 6.

Expende modo quisquis fidem & Ecclesiam ex animo amas, an Jesuitarum illorum placita abhorreant ab hæreticorum sententiâ de salute in quâvis ferè Christianorum Sectâ obtinendâ, & an non potius hæreticam temeritatem superent. Expende quantam ista Jesuitarum dogmata, Catechismis per Brabantiam & adiacentes Provincias promulgata, stragem animarum edant, & quibus compendiis tendant in fidei & religionis exitium. Expende an non impudentiæ cumulus sit, quod tantâ fiduciâ errorem pestiferum adstruant Jesuitæ, ut adversarios venerandis Pontificum Bullis, & Jansenismi umbrâ, imo pœnis æternis audeant terrêre. Vide supra Pag. 40. &c.

ARTICULUS. XII.

Probatur quod 3tia Hæresis Scripturis & S: Traditioni repugnet.

§. I.

Tetræ hæreseos turpitudinem jam

plus satis revelavimus. Super est eandem ipsius Pauli ac SS. Patrum testimoniis conficiamus. Paulus igitur, veritus non satis gratus esse medico, nisi magnitudinem morbi, a quo sanatus erat, agnosceret, 1. ad Tim. 1. scribit: *Prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide, & dilectione quæ est in Christo Jesu. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.*

Primò notandum quod Apostolus, in blasphemias suas antiquas, ac persecutiones fidelium respiciens, se dicat *Peccatorum primum*. Ne autem hæc verba non rectâ interpretatione corrumpamus, juvat proferre quo sensu illa acceperint SS. Patres. „ Quid est ergo, quærit „ Augustinus, *Quorum primus ego sum?* „ Quia omnibus pejor sum. Ergo pe„ jorem voluit intelligi primum. Quo-

Serm. 175. in Editione novâ. Alias 9. de Verbis Apostoli.

modo

,, modo in artificibus, quicumque vult
,, ædificare, quid dicit? Quis est hic pri-
,, mus structor? Quis est primus faber?
,, Aut si curari vult, quis est hic primus
,, medicus? Non utique interrogat, quis
,, prior sit ætate, aut quis prior sit pro-
,, fessione; sed quis prior sit arte. Quo-
,, modo illi in arte primi, sic iste in iniqui-
,, tate primus? Quare Paulus in iniquitate
,, primus? Recolite Saulum, & invenietis.
,, Adtenditis Paulum, obliti estis Saulum:
,, Adtenditis ad pastorem, obliti estis
,, lupum. Nonne ille est cui ad lapidan-
,, dum Stephanum manus una non suffi-
,, ciebat, & aliorum vestimenta serva-
,, bat? Nonne ipse est, qui Ecclesiam
,, ubique persequebatur? ... Ipse est
,, ergo qui primus erat persecutor, illo
,, pejor non fuit. ,, Et Sermone sequen- Serm. 176.
,, ti: *Unde* verum est, *Ego primus sum?* Alias 10.
,, Primum se dixit, non peccatorum de Verbis
,, ordine, sed peccati magnitudine. Apostoli.
,, Magnitudinem peccati sui adtendit,
,, unde se primum dixit peccatorum:
,, quomodo dicuntur inter Advocatos
,, verbi gratiâ primi. Primus est iste,
,, non quia plures annos habet ex quo
,, causas agit, sed quia ex quo cœpit cæ-
,, teros superavit. Dicat ergo Aposto-

1. Cor. 15. „ lus alio loco unde Primus sit peccato-
„ rum: Ego inquit sum novissimus A-
„ postolorum, qui non sum dignus voca-
„ ri Apostolus, quia persecutus sum Ec-
„ clesiam Dei. Nemo acrior inter persecu-
„ tores, ergo nemo prior inter peccatores.

Jisdem pene Augustini verbis, Anselmo adscriptus commentarius Paulum censet peccatorum primum.

Conformiter Chrysostomus Hom. 4. in 1. Ad Timotheum verba Apostoli explicat. „ Nullus, inquit, est, in quo „ major habenda sit patientia, neque „ inveniri facile potest peccator, qui „ tantâ abundantiâ miserationis indigeat. Chrysostomo consonant Theophylactus, Oecumenius, & Euthymius.

S. Thomas in hunc locum, post quam rectè observavit, quod seipsum Paulus ex humilitate vocet Primum peccatorum, non in tempore, sed peccatorum magnitudine, prosequitur sermonem in hunc modum: „ Sed numquid fuit Pau- „ lus maximus peccator? Et videtur „ quod Judas fuit major. Sed quidam „ dicunt, quod peccatum Pauli genera- „ lius fuit, quia contra totam Ecclesi- „ am. Sed hoc nihil est, quia Paulus „ in incredulitate, & multi Judæi per-

se-

„ sequebantur ex malitiâ. Dicendum „ est ergo, quod est primus, non quod inter peccatores maximus qui tunc erant, „ sed maximus inter peccatores salvatos. „ Quasi diceret, Venit peccatores salvos „ facere, quorum, scilicet peccatorum salvatorum, primus ego sum: quod est „ de illis intelligendum qui præcesserant „ Apostolum, quia prius etiam multi „ alii sunt Ecclesiam persecuti.

Non ergo existimarunt, quod Paulus tantum venialiter peccaverit, sed quod fuerit peccatorum primus, hoc est ex primis, seu ex præcipuis & insignioribus unus, de quo etiam Aug. exclamat, „ O Paule, primò Saule, quando persequebaris Sanctos Christi, quando servabas vestimenta lapidatorum Stephani, si „ exerceret circa te Dominus justum judicium, ubi esses? Tanto sceleri tuo „ quis locus in fundo gehennæ reperiretur?

Serm. 298. Cap. 4. Aliàs de Diversis 41

§. II.

Deinde notanda in præfatis Pauli verbis causa finalis, propter quam se dicit misericordiam consecutum; cum esset peccatorum primus. *Ideo*, inquit, *misericordiam consecutus sum, ut in me primo* (*primo* hic nomen est, non adverbium)

bium) *ostenderet Christus Jesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam aternam.* Scilicet ut ex primo illo & maximo peccatore, misericordiam consecuto, quivis alius peccator deinceps discat magnam erga peccatores Dei patientiam, magnas gratiæ Christi divitias ac virtutem; ut jam nemo desperet, dum salvatus est maximè desperatus. Nonne ergo Scriptura hæc evertit hæresim, sævientem Saulum a mortali peccato defendentem? Et nonne vicissim denuntiata hæresis, veniale tantum peccatum in Saulo agnoscens, evertit Scripturam hanc, & lucentem per se illius interpretationem?

Audiendus Augustinus in Apostoli
Serm. 176. verba Sermone supradicto. „ Nemo,
„ ait, acrior inter persecutores: ergo
„ nemo prior inter peccatores. Sed
„ *misericordiam*, inquit, *consecutus sum.*
„ Et quare sit misericordiam consecutus,
„ exponit causam: *Ut in me*, inquit,
„ *ostenderet Christus Jesus omnem longanimitatem*, *ad informationem eorum qui*
„ *credituri sunt illi in vitam aternam.*
„ Christus, inquit, daturus veniam
„ conversis ad se peccatoribus usque ad
ini-

„ inimicos suos, me primò elegit acrio-
„ rem inimicum, quem cum sanaret, nemo
„ in cæteris desperaret. Faciunt hoc
„ medici quando ad ea loca veniunt ubi
„ ignoti sunt, quos curent primitus eli-
„ gunt desperatos, ut in eis & benevo-
„ lentiam exerceant & commendent doc-
„ trinam, ut unusquisque in illo loco
„ dicat proximo suo, Vade ad illum
„ medicum, securus esto, sanat te. Et
„ ille, me sanat? Non vides quid pa-
„ tiar? Ego novi quid simile: tu quod
„ pateris, & ego quidem passus sum.
„ Sic dicit Paulus unicuique ægroto, &
„ de se volenti desperare, Qui curavit
„ me misit me ad te, & dixit mihi, illi
„ desperanti vade & dic quid habuisti,
„ quid in te sanavi, quam cito sanavi. „
Aptène hæc Paulus ad peccatores, criminum mole pressos, si solùm de veniali delicto sit revocatus?

Eundem sensum verborum istorum commendat in Psalmum 147. in pertractatione sequentis versus, *Qui mittit crystallum suum velut frusta panis*: sic enim legit Augustinus. „ Quid, inquit, est
„ crystallum? Multum obduruit, mul-
„ tum congelavit, non jam sicut nix fa-
„ cile solvi potest. Nix multorum an-
norum

„ norum tempore durata, & serie sæcu-
„ lorum, cryſtallum dicitur. --- Au-
„ di duritiam cryſtalli: Secundum æ-
„ mulationem perſequens Eccleſiam
„ Chriſti. Inter lapidatores S. Stephani
„ martyris ibi erat iſte durus, & fortè
„ cæteris durior. Omnium enim lapi-
„ dantium veſtimenta ſervabat, ut om-
„ nium manibus lapidaret. --- Sed qua-
„ re ſolvit cryſtallum Deus? Ne de ſe nix
„ ipſa deſperet. Ait enim: Ideo miſe-
„ ricordiam conſecutus ſum, ut in me
„ oſtenderet Chriſtus Jeſus omnem pa-
„ tientiam, ad informationem eorum
„ qui credituri ſunt illi in vitam æternam.
„ Clamat ergo Deus ad gentes: Solvi
„ cryſtallum, venite nives.

Non minus eleganter Chryſoſtomus Hom. 4. in 1. ad Tim. „ Sit, inquit,
„ verbi gratia civitas quædam populoſa,
„ cujus cives omnes mali ſint, alii plus,
„ alii minus, omnes tamen peccatis ob-
„ noxii, unus autem inter cæteros ſit
„ ſceleribus clarus, ac præ omnibus ſup-
„ pliciis dignus, quippe qui omne genus
„ nequitiæ exercuerit. Si igitur dixerit
„ quiſpiam, Regem omnibus culpas velle
„ dimittere, non ita verbis fides adhibe-
„ bitur, ſicuti ſi videant eum qui plus

om-

„ omnibus graviusque deliquit veniâ „ fuisse donatum. Nulla enim jam ambiguitas remanere poterit, quin omnibus ignoscere velle existimetur rex, „ qui eum absolverit, qui erat præ cæteris peccatoribus insignis. Hoc & „ Paulus ait: Cum, inquit, vellet Deus „ certiores homines facere, quod omnia illis peccata donavit, elegit eum „ qui plus omnibus deliquerat, cui scelera cuncta dimitteret. Me enim potito veniâ, nemo jam de se dubitare „ permittitur, quemadmodum etiam „ habet consuetudo loquendi, Si huic „ ignovit Deus, neminem puniet; ut „ per id ostendatur, ipsum veniâ quidem dignum non fuisse, verum eam „ aliorum pro salute meruisse. Nullus „ igitur ambigat, inquit: nullus de se „ desperet, quandoquidem ipse salvatus „ sum. Et quæso diligentius intuere „ beatissimi viri prorsus humilem mentem. Non dixit, *ut in me ostenderet patientiam*, *sed omnem patientiam*, ac si apertius diceret: Nullus est in quo major sit habenda patientia, neque inveniri facile potest peccator, qui tantâ abundantiâ miserationis indigeat. „ Omnem, inquit, ostendit in me patientiam

„ tientiam, non partem, quemadmo-
„ dum his qui modica deliquerunt.
Chrysostomo adjungendi Theophylactus, Oecumenius, & Euthymius.

Accedit his Bernardus, Sermone 1. de Conversione Pauli dicens: „ Quis desperet ultra pro magnitudine cujuslibet
„ criminis, quandoquidem Saulum audiat adhuc spirantem minarum & cædis in discipulos Domini, subito factum
„ vas electionis? Quis dicat iniquitatis
„ pondere pressus, Assurgere jam ad studia meliora non valeo; quando in ipso itinere, quo sanguinem sitiens
„ Christianum, dirum toto pectore virus
„ efflabat, persecutor crudelissimus in
„ fidelissimum repentè mutatus est prædicatorem? Magnificè siquidem in
„ hac unâ conversione, & misericordiæ magnitudo, & efficacia gratiæ commendatur.

Similiter finem, ob quem Paulus misericordiam consecutus est, explicat S. Thomas Lect. 4. in Cap. 1. epist. 1. ad Timotheum.

Confer modo cum hoc Pauli & Patrum argumento Catechismum Jesuitarum, juxta quem Paulus lethalis noxæ fuit expers. Et vide, an istud argumentum

tum vim ſuam hâc ratione non perdat. Non enim venialis peccati remiſſionem aptè in exemplum proponis criminoſis, qui a gravioribus ſe curandos deſperant: ſicuti etiam ab eo, qui levem in te digiti dolorem ſanavit, non ilico exſpectas, quod Phreneſim, Lethargum, vel peſtem poterit depellere.

Decernit Synodus Tridentina Seſſ. 4. „ ad coercenda petulantia ingenia, ut „ nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus „ fidei & morum, ad ædificationem „ doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, „ Sacram Scripturam ad ſuos ſenſus con- „ torquens, contra eum ſenſum, quem „ tenuit & tenet S. Mater Eccleſia, cu- „ jus eſt judicare de vero ſenſu & in- „ terpretatione Scripturarum ſanctarum, „ aut etiam contra unanimem conſenſum „ Patrum ipſam Scripturam ſacram in- „ terpretari audeat, etiamſi hujuſmodi „ interpretationes nullo unquam tempo- „ in lucem edendæ forent. Qui contra- „ venerint per Ordinarios declarentur, „ & pœnis a jure ſtatutis puniantur. „ Præpoſitis Eccleſiæ ego judicandum relinquo, An præceptum hoc non turpiter violaverit Catechiſmus Haſartianus? An hoc ſit per Catechiſmos Scripturas

 in-

interpretari, an corrumpere? Et an post hæresis proscriptionem, Catechismi hujusmodi, linguâ vernaculâ editi, non sint tenebris addicendi?

§. III.

Forsitan Evangelicæ doctrinæ laxatores, a Sauli & consimilium Ecclesiæ persecutorum defensione dejecti, persistent in defendendis hæreticis & schismaticis pacatioribus, qui pacificè cum Catholicis agunt, Catholicæ tamen Ecclesiæ communionem ex conscientiæ errantis dictamine fugiunt: etenim quam ægrè laxarum & commodarum opinionum Patroni a suavibus suis erroribus discedant, & post damnationem in eorundem periculosis confiniis soleant hærere, compertum est. Proinde non abs re fuerit, & hujusmodi hæreticorum, minus noxiorum periculum demonstrare.

Itaque testantur Scripturæ, *Euntes in*
Mar. 16. *mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit;* QUI VERO NON CREDIDERIT, CONDEMNABITUR.

Heb. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo.*

Joan. 3. *Qui credit in Filium habet vitam æternam. Qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira* Dei *manet super eum.*

Et

Et Ecclesiam quod attinet:

Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Mat. 18.

Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Luc. 10.

Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus pastor. Joan. 10. Salvandos esse in Ecclesiæ unitatem aggregandos apertè indicat.

Ecclesiam esse *Corpus Christi*, Ephes. 1. & alibi declaratur. Quomodo ergo illi, qui huic corpori non inseruntur, & qui ad hoc ovile non adducuntur, poterunt vivificari? Vel quomodo non vivificati mortem æternam evadent?

Si dicas, illos saltem evasuros, qui sectam suam censent esse meliorem ac tutiorem, & qui sine scrupulo Doctores suos, quos magni æstimant, sequuntur; adtende sequentia: *Est via quæ videtur homini recta, & novissima ejus ducunt ad mortem.* Prov. 16. Et, *Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.* Mat. 15.

Ecclesiæ Patres, his atque aliis Scripturarum oraculis edocti, præter Ecclesiam Catholicam ac fidem nemini salutis spem dederunt, ac terrore plenas sententias

in hæresum schismatumque sectatores protulerunt.

„ An secum esse, inquit Cyprianus Libro de Unitate Ecclesiæ, „ Christum „ cum collecti fuerint opinantur, qui „ extra Christi Ecclesiam colliguntur? „ Tales etiamsi occisi in confessione no- „ minis fuerint, macula ista nec sanguine „ abluitur: Inexpiabilis & gravis culpa „ discordiæ nec passione purgatur. Esse „ martyr non potest qui in Ecclesiâ non „ est. Ad regnum pervenire non pote- „ rit, qui eam quæ regnatura est dere- „ linquit.... Ardeant licet flammis, & „ ignibus traditi, vel objecti bestiis ani- „ mas suas ponant; non erit illa fidei „ corona, sed pœna perfidiæ, nec re- „ ligiosæ virtutis exitus gloriosus, sed „ desperationis interitus. Occidi talis „ potest, coronari non potest... Scin- „ di unitas non potest, nec corpus unum „ discidio compaginis separari, divul- „ sis laceratione visceribus in frusta dis- „ cerpi. Quidquid a matrice discesserit, „ seorsum vivere & spirare non poterit, „ substantiam salutis amittit.

Alias 11. De verbis Domini.

Et Aug. Serm. 71. Cap. 19. Potest „ esse visibilis forma palmitis etiam præ- „ ter vitem, sed invisibilis vita radicis haberi

„ haberi non poteſt, niſi in vite. Proinde corporalia Sacramenta, quæ portant & celebrant etiam ſegregati ab unitate corporis Chriſti, formam poſſunt exhibere pietatis : virtus vero pietatis inviſibilis & ſpiritalis ita in eis non poteſt eſſe, quemadmodum ſenſus non ſequitur hominis membrum, quando amputatur a corpore. „ Et Paulò ante: „ Quapropter quicumque in Schiſmaticis vel Hæreticis congregationibus, vel potius ſegregationibus baptizantur, quamvis non ſint renati Spiritu, tanquam Iſmaeli ſimiles qui ſecundum carnem natus eſt Abrahæ, non ſicut Iſaac qui ſecundum ſpiritum, quia per repromiſſionem: tamen cum ad Catholicam veniunt, & Societati Spiritus aggregantur, quem foris proculdubio non habebant, non eis repetitur lavacrum carnis.

Suam ac pariter Cypriani ſententiam declarat idem Auguſtinus 4. De Bap. Contra Donat. 17. his verbis: „ Salus, inquit Cyprianus, *extra Eccleſiam non eſt.* Quis negat? Et ideo quæcumque ipſius Eccleſiæ habentur, extra Eccleſiam non valent ad ſalutem.

„ tem. „ Et Libro de Unitate Ecclesiæ Cap. 19. „ Ad ipsam salutem ac vitam „ æternam nemo pervenit, nisi qui ha- „ bet caput Christum. Habere autem „ caput Christum nemo poterit, nisi „ qui in ejus corpore fuerit, quod est „ Ecclesia. „ Præterire nequeo quæ dixit ad Emeritum, quem e Donatistarum schismate ad Catholicam cupiebat transferre. „ Salutem, inquit Sermone ad Cæsareensis Ecclesiæ plebem, „ non potest habere nisi in Ecclesiâ Ca- „ tholicâ. Extra Ecclesiam Catholi- „ cam totum potest præter salutem. Po- „ test habere honorem, potest habere „ Sacramentum, potest cantare Halle- „ luia, potest respondere Amen, potest „ Evangelium tenere, potest in nomi- „ ne Patris & Filii & Spiritus Sancti fi- „ dem habere & prædicare: sed nusquam „ nisi in Ecclesiâ Catholicâ salutem po- „ terist invenire. --- Ego plus dico, si pa- „ tiatur foris inimicum Christi, non Ca- „ tholicum Fratrem suum quærentem „ salutem ejus, sed inimicum Christi „ si foris patiatur, & dicat ei foras ab „ Ecclesiâ inimicus Christi, Pone thus „ idolis, adora Deos meos; & non ado- „ rans occidatur ab inimico Christi: san-

„ sanguinem fundere potest, coronam
„ accipere non potest.

S. Fulgentius Libro de fide ad Petrum Cap. 37. 38. & 39. proponit regulas sequentes.

„ Firmissimè tene, & nullatenus dubites, omnem extra Ecclesiam Catholicam baptizatum, participem fieri non posse vitæ æternæ, si ante finem vitæ hujus Catholicæ non fuerit redditus atque incorporatus Ecclesiæ. Quia *si habeam*, inquit Apostolus, *omnem fidem*, *& noverim omnia Sacramenta*, *caritatem autem non habeam*, *nihil sum*.. Nam & in diebus diluvii neminem legimus extra arcam potuisse salvari.

„ Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non solùm omnes Paganos, sed & omnes Judæos, & omnes Hæreticos atque Schismaticos, qui extra Ecclesiam Catholicam præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus.

„ Firmissimè tene & nullatenus dubites, quemlibet hæreticum sive schismaticum, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti baptizatum, si Ecclesiæ Catholicæ non fuerit aggregatus, quan-

„ tascumque eleemosynas fecerit, & si „ pro Christi nomine etiam sanguinem „ fuderit, nullatenus posse salvari.

Lactantius Lib. 4. Institutionum Divinarum Cap. 30. scribit: „ Nonnulli „ falsorum Prophetarum vaticinio illecti „ exciderunt a doctrinâ Dei, & traditi- „ onem veram reliquerunt. Sed illi „ omnes Dæmoniacis fraudibus irretiti, „ quas prospicere & cavere debuerant, „ divinum nomen & cultum per impru- „ dentiam perdiderunt. Cum enim „ Phryges, aut Novatiani, aut Valen- „ tiniani, aut Marcionitæ, aut Anthro- „ piani, seu quilibet alii nominantur, „ Christiani esse desierunt, qui Christi „ nomine amisso humana & externa vo- „ cabula induerunt. Sola igitur Catho- „ lica Ecclesia est, quæ verum cultum „ retinet. Hic est fons veritatis, hoc „ est domicilium fidei, hoc templum „ Dei; quo siquis non intraverit, vel „ a quo siquis exiverit, a spe vitæ ac „ salutis æternæ alienus est.... Sed ta- „ men quia singuli quique cætus hære- „ ticorum, se potissimum Christianos, „ & suam esse Catholicam Ecclesiam „ putant, sciendum est, illam esse ve- „ ram, in quâ est confessio & pœniten- „ tia &c.

Cum

Cum his Scripturarum ac Patrum sententiis componi non potest Jesuitarum doctrina, *Quod nemo plus peccet quam quatenus scit & novit malitiam peccati:* nec fundata in illâ quorundam modernorum placita, quod Acatholici cum malè se agere non advertunt, cum meliora ignorant, & cum errores suos & sectas ex conscientiâ amplectuntur, mortale peccatum non possint contrahere, nec pœnas æternas incurrere. Plura ad hujusmodi Doctores revincendos proferre, non esset difficilè, sed allegata sufficiunt: imo sufficeret brevis Augustini sententia Contra Mendacium. Cap. 3. „ Priscillianistæ, quando hæresim suam „ docent, quisquis eis crediderit putan„ do veritatem, erit particeps, ut erro„ ris, ita & damnationis illorum.

ARTICULUS. XIII.

Paucis ostenditur, quid mali sit timendum si præfati errores non damnentur: quid vero boni sperandum ex eorum damnatione.

Quantum valeat sæculi prudentia, mundi hujus favore ac potentiâ adjuta, ad

ad errores quorundam justis Ecclesiæ censuris ad tempus subducendos, nonnunquam experientia comprobavit. Dissipabit, spero, Deus consilia Jesuitarum, ne possint Denuntiationem hæreseos hujus triplicis artibus suis reddere irritam. Superest itaque mala ac bona paucis commemorare, quæ ex errorum præfatorum damnatione vel dimissione sint speranda vel timenda.

§. I.

Mala quod attinet, Denuntiationis rejectionem, & errorum tetrorum tolerantiam secutura:

1. Hærebunt in illis accusati Jesuitæ, eorumque discipuli.

2. Manebunt errores denuntiati in Catechismis Jesuitarum supradictis, vernaculo idiomate editis.

3. Laxones, ejusmodi impunitatem nacti, majori cum audaciâ eosdem propugnabunt tanquam Catholicas doctrinas: & petulantius impugnatores suos ridebunt.

4. Pergent sententias contrarias, eorumque defensores, in Jansenismi suspicionem apud vulgum adducere: Tanquam vera ac sana Orthodoxorum placita non satis

ſatis diſcrepent a damnatis ab Eccleſiâ erroribus.

5. Serpet undequâque mali, humanæ ſuperbiæ ac ignaviæ ſuavis nimium ac commodi, contagium.

6. Tædebit veritatis amatores adverſus errores decertare, & magis eoſdem Eccleſiæ denuntiare. Quis enim operæ pretium ſperet, ſi turpes adeo hæreſes fruſtra viderit accuſari?

7. Quid vero non audebunt luxuriantia ingenia, ab accuſatorum metu liberiora, & Præpoſitorum correptionem non timentia?

8. Cumque molliorum dogmatum aſſertores turbæ ſoleant ſequi, utpote quæ ſanam doctrinam non ſuſtinent, ſed, quantum poſſunt, ad ſua deſideria coacervant ſibi magiſtros prurientes auribus: quanta per orbem ſtrages imminet fidei, moribuſque Chriſtianis?

9. Nonne errores noxii, poſtquam diffuſam per omnes mundi plagas Jeſuitarum Societatem corruperint, veneno ſuo innumeros homines inficient?

10. Nonne hæretici, de hæreſibus ſuis gloriantes, eaſque Catholicæ veritati anteponentes, his intellectis ſecuriùs erroribus indormiſcent? Et de verâ

Eccle-

Ecclesiâ cognoscendâ minus reddentur solliciti?

11. Ipsis in Catholicis flaccescet pium studium, proximos suos, liberosque in Ecclesiâ Catholica conservandi, cum edocti fuerint, quod hæresum sectatores, qui meliora ignorant, & qui ex conscientiâ errant, a salutis semitâ non excidant.

12. Jesuitæ Missionarii, pastorum jura sibi per Provincias fæderatas arrogantes, Orphanos suos magis negligent, & promptiùs dimittent publicis Acatholicorum orphanotrophiis: & minus ferent Pastorum reprehensiones, quod cum opes regias in extruendas & exornandas basilicas impendant, viva ac digniora Dei templa deserant.

13. Pastores quoque caritate ovium minus ferventes reddentur tepidiores, ad Orphanis, sibi concreditis, in summâ illâ necessitate subveniendum; nec de immisericordiâ hac erubescent, cum eandem talium dogmatum pallio poterunt tegere.

14. Et cum casus illi admodum frequenter eveniant, magnus inde Orphanorum numerus hæreticorum Sectæ adjungetur. Quam multi exinde Calvinistis

nistis sint adjuncti, novit Hollandia.

15. Præterea Catholici, talia de Sectariorum salute opinantes, non admodum ab iis abhorrebunt, nec cum illis matrimonii jugum ducere formidabunt.

16. Et postquam ex ejusmodi connubiis liberos genuerint, nullo negotio eos concedent precibus uxorum Acatholicarum.

17. Nec fortasse precibus erit opus, cum viderint quod liberis sæculi hujus commoda ab Acatholicâ educatione liceat exspectare, sine jacturâ æternorum. Multæ modo honestiorum Catholicorum in Hollandiâ domus, a muneribus publicis exclusæ, & oneribus communibus gravatæ in ruinam vergunt, dum cognati Acatholici abundant ac florent. Quam ergo periculosa sunt Jesuitarum dogmata Catholicis Hollandiæ, maximè hoc tempore?

18. Quin etiam poterunt censere aliqui, Acatholicos in securitate suâ, quæ eos a peccato mortali excusat, esse relinquendos, adeoque a confutandis eorum erroribus plerumque esse abstinendum, ne postea cum scrupulo in hæresi permanentes damnationis periculum subeant.

19. Quan-

19. Quantùm ad cætera crimina, etiam probrosa & enormia : multi qui naturæ legem & turpitudinem eorum ignorantes illa perpetrarunt, auditis Jesuitarum sententiis ilico se ipsos innoxios reputabunt.

20. Hæc persuasi coram Deo non humiliabuntur, ad misericordiam ejus implorandam de hujusmodi juventutis delictis & ignorantiis.

21. Plurimi erunt segniores ad scientiam mandatorum Dei inquirendam, & ad Deum deprecandum ut veritatis suæ luce oculos eorum illuminet.

22. Pastores multi languescent in labore evangelico, quo ignorantiarum tenebræ sunt pellendæ.

23. Nec pauci ex illis judicabunt, quod ad Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum possint admittere homines, quos etiamnum sciunt deditos detestandis impudicitiæ operibus, si malitiam eorum non advertant: Nec opus esse, ut de talium operum turpitudine pænitentes suos commoneant.

24. Et unde quæso profluit, nisi ex erroribus his, quod multi Presbyteri peccatores rudes, ac sibi vix a limine notos, quos certum est gravia complura

legis

legis divinæ capita ignorare, adeoque circa illa animum suum non discussisse, paucis verbis ex ore eorum auditis absolutione donent? Nisi censeatur, quod ejusmodi hominum ignorantia sit invincibilis, & quod per illam peccata eorum de quibus in confessione silent excusentur: non liquet, quâ conscientiâ tantæ turbæ dissolutorum hominum a Jesuitis brevissimo temporis spatio a tribunali pænitentiæ ad Corporis Christi dignissimum epulum possint mitti. Quæ strages animarum?

25. Atque utinam non cedant in Ecclesiæ ignominiam præfatæ doctrinæ, secundum quas infanda & execranda contra naturam crimina quandoque citra ullam peccati noxam ab homine rationis compote admittuntur!

26. Si tolerentur ultra hi Jesuitarum errores, hæretici illos adscribent Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedi, tolerantibus illos in Catechismis, prælo editis. Jesuitæ pariter illos tanquam doctrinam Ecclesiæ prædicabunt. Ecquid gravius Christi sponsæ possit accidere, quam ut illi perniciosa adeo dogmata imputentur tam ab hæreticis inimicis, quam a Jesuitis?

Ecce

Ecce mala, quæ metuenda sunt, si non sedulò denuntiatis erroribus obvietur. Rem non exaggero, sed simpliciter expono.

§. II.

Plurimum e contrario boni spondet proscriptio turpium dogmatum, & Catechismorum quotquot infecerunt.

1. Desperandum nondum videtur de Jesuitarum laxiorum correctione. Etsi enim non raro Dei & Ecclesiæ leges ridiculis interpretationibus eludant, nondum tamen omnino adinstar hæreticorum jugum excusserunt, sed protestantur quod definitionibus Ecclesiæ se velint subdere.

2. Et quamvis in animi secreto nondum proscriptis erroribus omnem probabilitatem abjudicarent, non audebunt eosdem, nec Catechismos ejusmodi palam defendere: nec facile aliis libris tales hæreses inserere, & multo minus aliis Catechismis.

3. Non præsument inposterum contrariæ & orthodoxæ sententiæ assertores tanquam de Jansenismo suspectos traducere.

4. Animos sument Ecclesiæ ac Veritatis

tatis germani dilectores, ad Jesuitarum dogmata observanda, & cum gravius ac periculosius exorbitant Sedi Apostolicæ denuntianda.

5. Noxium malum, hujusmodi cancellis conclusum, non facile poterit ab Authoribus seu inventoribus suis in discipulos transire.

6. Qui de vulgo illud ex Jesuitarum Catechismis jam inde biberunt, ab erroribus revocabuntur. Paucos hactenus pestilens malum plenè seduxit, etiam ex ipsis Jesuitarum sequacibus. Plerique ignorant pseudoprincipia denuntiata in tantum extendi posse, ut per illa abominanda scelera, Sectarii, eorumque Antesignani, imo ipsi Ecclesiæ blasphematores ac persecutores a peccato mortali excusentur. Obstupescunt alii, cum Sauli blasphemi, & alios ad blasphemandum cogentis excusationem in Cathechismo Hasartiano legunt. Facilius ergo hæresis exscindetur, quam cum altius radices egerit.

7. Integra stabit Catholica de peccatis ignorantiæ sententia; nec erit qui coram Deo se prosternere recuset, cum prava secundùm errantem conscientiam perpetraverit.

8. Hæretici, qui cujusvis ferè religio-

nis Sectarios salvari posse censent, non invenient ultra in Ecclesiâ nostrâ Theologos, temerariam, & fidei exitiosam sententiam calculo suo probantes.

9. Sollicitè curabunt Catholici, ut proles suas, proximosque in Catholicæ Ecclesiæ gremio custodiant.

10. Pudebit posthac Jesuitas, per fœderatas Provincias Missionarios, Orphános communitatum suarum deserere, & Acatholicis educandos dimittere. Vel saltem detestanda Pseudo principia in defensionem suam non proferent.

11. Pastores cæteri una cum Jesuitis excitabuntur, ut in tantâ necessitate viscera sua non claudant: Alii verò fideles, ut in pium opus quod possunt conferant.

12. Cumque necessitates ejusmodi orphanorum non sint raræ, non modicum hinc animarum numerum Christi Ecclesia sibi servabit.

13. Catholici, per errorum damnationem rectius instructi, non facile cum hæreticis matrimonia contrahent.

14. Qui contraxerunt, pro filiis Catholicè instituendis fortius adversus uxores heterodoxas decertabunt: & cum sæculi lucra, si cedant uxoribus, arrident, magis erunt comparati ut tentationi resistant.

15. Hæretici confutabuntur ſtudioſius, ceſſante metu de ſecuritate eorum perturbandâ.

16. Vindicabuntur priſca Theologorum placita, Sacræ Scripturæ & S S. Patrum traditioni conſonantia, quod quamvis non peccetur per ignorantiam invincibilem, prava tamen opera nunquam ſint a peccato libera, eo quod Juris naturalis ignorantia nunquam ſit invincibilis.

17. Scientia veritatis ac mandatorum Dei quæretur, & a Deo implorabitur ardentius.

18. Paſtores reddentur vigilantiores, ut populum e barathro ignorantiarum educant, utque notitiam officiorum, tam communium quam ſingularium, ſuis inculcent.

19. Non mittentur homines rudes & ignoti poſt verba pauca a Confeſſariis ad Euchariſtiam, ſed maturè eorum cauſa diſcucutietur, & quantum Chriſtiana prudentia requirit examinabuntur, ac inſtruentur: ne per ignorantiam ſciendorum, & per peccata ex illâ promanantia in ſtatu damnationis relinquantur.

20. Nec moribus ſolum errorum denun-

tiatorum proscriptio conducet, verum etiam honori ipsius Ecclesiæ, & maximè Pontificis summi. Solent Jesuitarum errores Hæretici Ecclesiæ, & Pontifici Romano, Capiti Ecclesiæ visibili imputare, & ex illo capite Catholicos ut ab Ecclesiâ Romanâ discedant invitare. Nonne damnatis erroribus hæretica iniquitas oppilabit os suum?

Supra pag. 34. &c.

21. Num adhuc sculptis imaginibus & editis libris Catholicos porcis comparabunt, & Pontificem Romanum tyranno, qui laxiorum Casuistarum, & præcipuè Jesuitarum dogmata, quos Extrema Dæmonis stercora nuncupant, Catholicis violentè obtrudat: postquam Zelum Apostolicæ Sedis in errores denuntiatos viderint armari? Nonne erubescent, nisi nesciant erubescere, quod non Jesuitas laxiores, sed Theologos saniores tantum tolerari in Ecclesiâ declamavarint? Compellentur e contrario, Sedem illam veluti veritatis vindicem, ac veluti novitatum & errorum inimicam fortissimam venerari.

Vide supra.pag. 36.

22. Notare exciderat, quod damnatio experita conducet, ut Jesuitarum Philosophismus radicitus exstirpetur, a quo nunquam satis discedent, quamdiu præfatis Hæresibus circa ignorantiæ peccata adhærebunt.

Vide supra. pag 91.

Finis

Finis non esset, si vellem commemorare singula. Et si commemorata non referrem paucis, sed pertractarem latius, volumen foret scribendum.

CONCLUSIO.

LIceat modò ad vos sermonem convertere, Illustrissimi ac Eminentissimi Patres, qui a Sanctissimo Domino ac Patre nostro in speculâ estis collocati, ut in Novitates hæresesque subnascentes inquiratis, ne neglectæ avitam Ecclesiæ fidem & doctrinam corrumpant. Sæpe cura vestra luxurantia audacium, & imprudentium hominum ingenia repressit, ac in eorum errores, ne gregi Christi nocerent, insurrexit. At vix unquam justius.

Matrem Philosophismi, & Catulos ejus duos Philosophismo gemellos exhibui, Hæresis triplicis enormitatem ostendi, Quam stragem moribus bonis, & Catholicæ fidei, atq; animabus sit allatura demonstravi. Non illam extraxi ex Scriptis obscuris, sed ex Libellis publicis, & potissimum ex Jesuitarum Catechismis, per Brabantiam & Hollandiam vulgatis. Notavi gravioris esse periculi, quod prava doctrina tanquam Ec-

clesiæ foret, libris Catecheticis vernaculâ linguâ simplicibus ac rudibus propinetur, qùam si intra Scholarum parietes, vel in Scholasticorum Scriptis ventilaretur. Sacrarum literarum, & SS. Patrum autoritate eandem destruxi. Commemoravi bona, quæ hæreseos proscriptionem, & mala, quæ ejus tolerantiam sunt secutura.

Itaque, Patres Eminentissimi, aures benignas præbete Denuntiationi, ex amore erga Ecclesiam promananti: & Ecclesiam a periculo & dedecore Hæresis triplicis liberate. Non sinite ut Jesuitarum Societatem, ac per illam innumeras rudium turbas corrumpat. Succidite noxium virus, dum tempus est.

Non ultra liceat Jesuitis in Catechismis toxicum propinare parvulis, Christi sanguine emptis, & verbo ejus nutriendis. Sentiant Apostolicum Zelum vestrum Catechismi venenosi, ne sermo eorum ut cancer serpat. Non ita pridem, sub Innocentio XI. Sanctæ memoriæ, Catechismum, quem in usum Neophytorum Chinensium composuerant, sententia vestra tenebris addixit. Non evadant sub Innocentio XII. judicii vestri censuram Catechismi, forsitan Chinensi deteriores, juxta quos gravissimi Ecclesiæ blasphematores, imo persecutores letha-

lethalem culpam devitant, dum malitiam ſuam non advertunt: & Nemo plus peccat, quam quatenus ſcit & novit malitiam peccati.

Non vivat Philoſophiſmi infauſta mater, quâ ſalvâ palpitans Philoſophiſmus neſcit penitus mori. Nec recipiendi ad Matris hujus defenſionem Jeſuitæ, qui profeſſi ſunt, non ſolum quod Philoſophiſmum damnent, verum etiam quod doctrinam illam prorſus ſincerè deteſtentur tanquam hæreſim & impietatem execrandam *in quibuscumque ſuis principiis*. Si hanc profeſſionem emiſerint ex corde, & non doloſè, non eſt quod Philoſophiſmi denuntiatæ matri patrocinentur. Sin autem doloſè, non merentur audiri.

Vide ſupra. pag. 91.

Sentiment de Jeſuites Lettre. 1.

Doceant, quod Ignorantia invincibilis culpæ non imputetur, nec opera ex illâ patrata. Nemo reſiſtet. At de ignorantiâ invincibili non talia tradant, per quæ ſcelera innumera, etiam legi naturæ adverſantia excuſentur. Nimis id Eccleſiæ Dei probroſum eſt, quod hujuſmodi ſua placita tanquam Eccleſiæ doctrinam palam in Catechiſmis venditent.

Jeſuitas univerſim omnes non accuſo, imo ex Jeſuitis neminem, niſi qui peſtiferas ſententias aut docuit, aut probavit.

quam probabile habeat, quod tot Theologi præter Libri Authorem luce dignum judicaverint. Ex gallico in latinum verba præſulis verto, eo quod Latinum epiſtolæ exemplar præ manibus non habeam. At ego adeo generaliter nolo loqui, cum non ſatis mihi compertum ſit, An modo omni Jeſuitarum Societati poſſim probabiliſmum imputare.

Falſa illis mala nolo imponere: Avertat Deus. Opto ut paternâ curâ veſtrâ liberentur à veris, ut aliquando ſaniora ſapiant, ut digni ſint quibus populus rudimentis Catholicæ doctrinæ imbuendus ſecurè committatur, utque Eccleſiæ & Apoſtolicæ Sedis gloriam non obſcurent, ſed illuſtrent. Jam olim Mutius Vitelleſcus, ſextus Jeſuitarum Præpoſitus generalis, ſuorum in laxiora pruritum animadvertens, inde Societati everſionem, & gravia univerſæ Dei Eccleſiæ timuit. Deus vobis, Patres Eminentiſſimi, donet Spiritum conſilii & fortitudinis, ut remediis idoneis ac neceſſariis Eccleſiæ, & ipſi Societati conſulatis. Sic vos laudibus immenſis extollet Eccleſia, & præmiis æternis cumulabit Eccleſiæ ſponſus.

In Epiſtolâ ad Superiores Collegiorum.

F I N I S.

INDEX
ARTICULORUM.

Secun-

APPENDIX

Ad Triplicem Hæresim in Moralibus, Matrem Peccati Philosophici, cum duobus aliis ejus catulis Philosophismo gemellis, denuntiatam Summo Romano Pontifici, Episcopis, Principibus, Magistratibus.

VIx triplicis Hæresis denuntiatio prælum egressa erat, quin ecce in Vrbe Parisiensi, in Galliæ Regiâ novum virus sibilat. Inter varias ex universâ Theologiâ Conclusiones quasi Philosophismi Matrem, ejusque catulos ultura, Hæc intrepidè propugnatur:

Homo vi naturæ suæ obligatur ad agendum honestè ea, quæ agit liberè, NEC MALE AGERE POTEST EO IPSO QUO AGIT EX CONSCIENTIÆ SUÆ DICTAMINE. Subscriptum erat: *Harum Conclusionum veritas Deo duce, & auspice Deiparâ propugnabitur die Mercurii XVIII. Junii anni M.DC.XCII. à 7a. mat. ad decimam, & à 2a. pomeridianâ ad vesperam.*

IN REGIO LUDOVICI MAGNI COLLEGIO SOCIETATIS JESU.

Nunc jure de hoc errore glorietur Philosophismus:

. . . . . . Iam nostrâ subit Sen.
E stirpe turba, quâ suum vincat genus,
Ac me innocentem faciat, & inausa audeat.

Tam pestilens quàm cognata Triplici Hæresi conclusio suæ Tribui jungenda est. Illam in Vrbem modò delatam, si comitari non potuerit, saltem sequatur, atque hunc in finem Ecclesiæ & Reipublicæ Principibus pariter denuntiatur.

Hujus doctrinæ virus quamquam ex triplicis Hæresis refutatione est manifestum, tamen & per se lucet, nam usque ad hujus & triplicis Hæresis originem nemo Catholicus negavit, Peccari posse contra legem, sic ut non simul peccetur contra conscientiam, quod negat denuntiata Conclusio. Negat etiam dari peccata ignorantiæ, quod iteratò ab Ecclesiâ tamquam indubitatam hæresim damnatum fuisse ostensum est.

Vide tripl. hæres. fol. 73.

Si enim nemo *malè agere potest eo ipso quo agit ex conscientiæ suæ dictamine*, clarum est neminem peccare, qui se malè agere ignorat, benè agere arbitratur.

Ibidem fol. 13.

Quàm hæc sunt conformia exhibitæ supra doctrinæ P. Sanches, quem defæcatissimæ purissimæque sapientiæ Virum appellat Imago primi sæculi. Fortè derivata ex sapientiâ illâ, quâ docet, quòd actus ille quo conscientiæ, dum nullum de malitiâ dubium aut scrupulus occurrit, *dictanti aliquid bonum esse quod verè peccatum est, voluntas se conformat, est bonus, ejusdemque virtutis cujus esset, si reverà objectum illud à parte rei tale esset, ut si ex hac conscien-*

tiâ

tià quis judicet se ad mentiendum teneri ut proximo subveniat, mentiri (idem est de perjurio, adulterio, homicidio) *tunc erit actus bonus virtutis misericordiæ.... quia objectum, ut est in re ipsâ, non tribuit actui speciem, sed ut hic & nunc proponitur.*

Itaque denuntiata Conclusio totam actûs malitiam dependere censet à conscientiæ dictamine sive operationis opinione: & hoc quid aliud quàm suscitare Libertinorum & Gnosticorum errorem, de quo Irenæus lib. 1. cap. 24. *In tantum insaniâ effrænati sunt, ut omnia quæcumque sunt irreligiosa & impia, potestatem se habere operandi dicant:* SOLA ENIM HUMANA OPINIONE DIFFERRE NEGOTIA BONA AC MALA. De qua hæresi Sinnichius ex Lindano & Vireto refert: *Hunc ipsum errorem novissimis hisce temporibus resuscitarunt Quintinistæ, qui & Libertini antonomasticè dici jam consueverunt: Libertinos,* inquit Lindanus, *à libertate, quam prædicant Evangelicam,* P. *Viretus facit Catabaptistarum prolem. Fanaticum hominum genus in quo jure credas revixisse Gnosticos & Valentinianos. Nihil eis æquè displicet, nihil magis improbatur atque simplex & germanus Scripturæ sensus. . .* NIHIL ENIM EX EORUM SENTENTIA PECCATUM EST, NISI EORUM OPINIONE QUI SE PECCARE PUTANT. Quid hoc aliud, quàm *nec malè agere potest eo ipso, quo agit* *Saul. Exrex* §. 349.

 ex

ex conscientiæ suæ dictamine, hoc est, nemo peccat, nisi qui putat se peccare, sive cujus conscientia dictat esse peccatum quod agit.

Similem errorem refert Augustinus à Juliano adscriptum fuisse Manichæis: „ Quid ad nos pertinet, ait, quia Mani- „ chæos dicere affirmas: *Si homicidium con-* „ *scientiâ formidante commiserit, reus est quia* „ *timuit. Si autem aliquod facinus exultante* „ *perpetraverit audaciâ velut credens se ex fide* „ (hoc est ex conscientiæ dictamine) *fa-* „ *cere quod malè facit, evasit culpam.* Quod „ quidem nunquam audivi dicere Mani- „ chæos. Sed quid ad nos, sive dicant, „ sive etiam ipsis calumnieris: cum Ca- „ tholica hoc non dicat Fides, quam te- „ nemus, & cujus te pondere urgemus.'' Non posset ovo ovum esse similius, quàm est similis denuntiata Conclusio, tum illi errori, tum alteri Pelagianorum quorumdam, qui in Denuntiatione Triplicis Hæresis ex Hieronymo exhibitus est his terminis: *Rogo*, ait Pelagianus, *quæ est ista justitia, ut in peccato tenear erroris*, cujus REATUM NON HABET CONSCIENTIA? *nescio me peccasse, & ejus rei quam nescio, pœnas luo? ... Nunquid & de Evangelio poteris hoc probare; ut puniatur quispiam pro eo quod nesciat*; ET ANTE PŒNAS LUAT QUAM REUS SIT CONSCIENTIÆ? Quid hoc aliud quàm: *nec malè agere potest eo ipso, quo agit ex conscientiæ suæ dictamine?*

Fol. 68.

Hæc Conclusio Triplicem Hæresim denuntiatam non solùm confirmat, verùm etiam novum virus afflat.

Siquidem quod primam attinet: *Nullum est peccatum formale, nisi conscientia hic & nunc judicet de malitiâ*; Illa quidem vix differt à Conclusione Parisiensi, præterquam fortè quod aliquibus prioris patronis satis fuerit ad peccandum sensisse scrupulum aliquem, aut mali suspicionem; verùm hæc Conclusio in Regio Ludovici Magni Collegio Societatis Jesu animosè & rotundè edicit: *Nec male agere potest eo ipso, quo agit ex conscientiæ suæ dictamine*: nimirum etsi etiam scrupulus aut quædàm mali suspicio conscientiam pulsaverit, modò hæc satis impia & obdurata fuerit ad quamvis suspicionem mali & scrupulum abjiciendũ.

P. Estrix. & Apologia pro Iesuitis Belgis.

II. inter denuntiatas erat: *Potesnè persuadere tibi fieri posse ut Deus tam bonus, tam justus quemquam totâ æternitate puniat, quia fecit quod ex conscientia credidit se debere facere? An isti par ulla foret tyrannis? Et si Religio Christiana talem nobis præbeat Dei ideam, an hæc non magis Deo injuriosa foret quàm idololatria ipsa?*

Sentiments des Iesuites 3. let.

Plus audet Conclusio Parisiensis: hominem hujusmodi non solùm pœnis æternis, sed etiam temporalibus eximit. Imò constanter asserit, eum malè agere non posse eo ipso quo agit ex conscientiæ suæ dictamine,

Con-

Magnus Catechismus P. Hasart. tom. 2. f. 108. Conformiter reddet innocentem & tertiam Hæresim : *Blasphemia & sanctæ Ecclesiæ persecutio in se quidem erat peccatum mortale, sed in Paulo tantùm veniale, quia ex ignorantiâ faciebat.* Quin adhuc in Paulum benignior, etiam à veniali purgat eum, qui non potuit non egisse ex conscientiæ suæ dictamine ea, de quibus ipse testatur: ET EGO QUIDEM EXISTIMAVERAM ADVERSùS NOMEN JESU NAZARENI DEBERE MULTA CONTRARIA AGERE. *Quod & feci Jerosolymis, & multos Sanctorum ego in carceribus inclusi, à Principibus Sacerdotum potestate acceptâ, & cum occiderentur detuli sententiam, & per omnes Synagogas frequenter puniens eos compellebam blaspemare, & ampliùs insaniens in eos persequebar usque in exteras civitates.* *Act. 16.* Nunquid pariter ex conscïentiæ suæ dictamine egerunt occidendo Apostolos tyranni & carnifices, consequenter etiamà veniali immunes, de quibus ipsa Veritas testata est : *Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo.* *Ioan. 16.*

Ita gradatim alitur, adolescit, maturescitque error, sicut in pluribus aliis opinionibus laxis pridem observatum est. Philosophismus primùm sub hypothesi propugnatus, deinde simpliciter & absolutè. Ad opinionis probabilitatem quæ agentem

tutum

tutum reddat, primùm requisivère Authores decem aut plures, postea quatuor, deinde unum doctum & probum, ac postremò sine scrupulo dixere : *Generatim dum probabilitate sivè intrinsecâ sivè extrinsecâ quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.* Quem tandem errorem dum ita maturuerat, damnavit Innocentius XI. Nunc pariter, si ullus unquam, maturuit denuntiatus error & triplex Hæresis. Non est quo malum ultra proficiat. Per illa jam excusantur non solùm à mortali, sed etiam à veniali stupra virorum & mulierum & horrenda flagitia, quæ Veneri, Priapo, & Libero Patri gentiles ex dictamine suæ conscientiæ pro gratissimis hostiis immolabant. Excusantur parricidia, quibus parentes suas proles, sua viscera Saturno litabant. Sicut refert Lactantius à Carthaginensibus ducentos simul Nobilium filios illi fuisse immolatos. Et ut pateat eos ex conscientiæ suæ egisse dictamine, subjungit : *Lib. 1. Instit. divin. c. 21.*

Tantum Relligio potuit suadere malorum.

Excusantur Fidei Fideliumque persecutiones, & hæresis quævis, modò cæca satis & obstinata fuerit ut surat ex conscientiæ suæ dictamine. Excusantur vel in Christianis libidines & quæcumque flagitia, modò perpetrentur ab iis, qui ad tantum impietatis

pietatis

pietatis profecêre, ut traditi in reprobum sensum ex conscientiæ suæ dictamine vitia pro virtutibus amplectantur, spernant virtutes pro vitiis.

Igitur nemini dubium esse potest, nihil juvare ad tuendam morum integritatem damnatum esse Probabilismum cum Philosophismo, quamdiu vivet denuntiata conclusio cum Triplici Hæresi: quidquid enim per Probabilismum & Philosophismum licebat, magis & securiùs licet per hos errores. Vbi verò tanta morum pernicies non grassabitur, quæ etiam in magnis Societatis Jesu Catechismis religiosè docetur? Quo jam non pervadet perniciosa conclusio, quæ Parisiis in Capite Galliæ propugnatur, & quidem ut profiteri audent, DEO DUCE ET AUSPICE DEIPARA IN REGIO LUDOVICI MAGNI COLLEGIO SOCIETATIS JESU. Verum sperandum est fore, ut etiamnum vigens in Ecclesiæ Principibus pro tuendâ fide & bonis moribus cura, quæ Probabilismum & Philosophismum salutari telo confixit, hos pariter errores configat ex voto bonorum omnium. Spero pariter fore, ut errorum patroni secundum sua principia mihi hanc denuntiationem facilè ignoscant, quia secundum illa *malè agere non possum eo ipso, quo ago*, sicut ago certissimè, *ex conscientiæ dictamine.*

robur
ne viti
ant vir-

, nihil
itatem
n Phi
ntiat
lquid
phil-
r per
per-
nag.
iosè
ici-
liæ
u-
eæ
10
st
n-
us
if-
r-
n.
è-
i-
n

6-4